






LIBRARIÆ UNIVERS
IAGELL CRACOVI





N° 67 ad 14

Liber testamentarie legatus pro libraria theologorum studii Cracovien. olim venerabilis ac egregii viri domini Nicolai Gepel de Posnania decretorum doctoris prepositi Wratislavien. et canonici ecclesiarum Guesz. nen. Cracovien. Posnanien. Wladislavien. et Plocen. Qui ex humanis cessit ultima aprilis Anno cristi 1 7 1 8 cuius animam deus deus habeat



Tractatus Clausularum Paulus Parthenopeo

Incipit utilis tractatus clausularum
que solent apponi in contractib⁹
in rescriptis. in priuilegijs. in ulti
mis uoluntatibus. in sentẽcijs. in
inuentarijs. et in alijs dispositionibus.
qui cõtinent copiosos ⁊ utiles articulos
in earum materia. ⁊ in diuersis alijs iuri
bus plurimas conclusiones diffuse exa
minatas. compositas per celeberrimum
utriusqꝫ iuris doctorem. dominuz Uita
lem de cambanis. tũc regni Sicilie uice
prothonotarium. Sine quibus clausulis
tu lector esse noli. quia satis utiles ⁊ ne
cessarie sunt. in aduocando. consulendo
⁊ pronunciando. Et est quoddaz quod
libetum in multis ⁊ uarijs materijs utri
usqꝫ iuris.



Clausula
illa genera
lis. et gene
ralit̃ de oi
eo qȯ peti
posset usqꝫ
in presentẽ
diem. ⁊ ap
poita istru
mẽtis quie
tationũ re
fertur ad il
lud tantum de quo fuit litigatum et co
gitatum. ⁊ erat lis seu questio. ⁊ de qui
bus inter partes fuit transactuz. ut in. l.
si de certa. cum ibi nõ. in glo. ⁊ doct. C.
de transac. et. l. qui cum tutoribus. et. l.
tres fratres. ff. de transac. ⁊. l. si ex pluri
bus. ff. de solutionibus. nam generalitas
non refertur ad ea de quibus nõ est co
gitatum nec est dictũ. quia generalitas
non debet intelligi ut alicui partiuz sit
damnosa seu captiosa. l. cũ aquiliana. ff.
de transac. Item p̃dicta uerba nõ por
riguntur ad ea que debentur ex testamẽ
tis. nisi expresse hoc fuerit actum. sed cõ
prehendũt ea que debentur inter uiuos
dumtaxat. ut. l. paulo calimaco. § . pom
ponius. de leg. iij. facit. l. de hijs. ⁊. l. iij.
§ . i. ff. de transac. sicut nec generalis qui
etatio ad ius fideicõmissi porrigitur. ni
si hoc agatur expresse. ut. l. fi. § . idez q̃si
it. ff. de condic. indebi. ubi bonus tex. p
quo. l. cum pater. § . heredem. ff. de leg.
ij. de quo plene p Bar. ⁊ Angel. ⁊ alios
in. l. qui rome. § . duo fratres. ff. ȯ ṽbo.
obli. nam uerba generalia restringũtur
tam in transactionibus q̃ꝫ in remissioni
bus. ut. l. iubemus. C. ad uell. q̃ꝫ in sentẽ
tijs. ut. C. de iudi. l. licet. q̃ꝫ in cõpromis
sis. ut. ff. de arbi. l. si cum dies. § . plenũ.
q̃ꝫ in pactionibus seu quiettaionib⁹. ut
ff. de condic. indebi. l. fi. § . idem respon
dit. q̃ꝫ in cõputationibus. ut. l. emptor.
§ . lucius. ff. de pact. alias p̃sumeremus
donatõnẽ. qȯ non est uerisimile qꝫ quis
qꝫ uelit perdere suum. ut. ff. de probac.
l. cum de indebito. et ideo nõ est presu
menda. iuxta nõ. in. l. cum quid. ff. si cer
tum petat. Item ⁊ illa uerba ⁊ genera
liter de omni eo ⁊c̃. sunt obscura. ut. l. p̃
tor. ff. de iniurijs. ⁊. ff. cõmunia prediorum
l. in tradendis. ⁊ de iure fisci. l. ita fidei.
⁊ uerba ambigua siue obscura sũt intel
ligenda secundũ mentem loquentis. ff.
de rebus dubi. l. ambigua. ⁊. ff. de ṽbo.
signifi. l. nepos pculo. que mens ab eo
est exquirẽda. siue ab eius herede. de le.
i. l. si quis a filio. § . si quis plures. ⁊. ff.
de preto. stipu. l. in pretorijs. eius enim
ẽ examinare q̇d uelit esse sui beneficij. ut
l. neracius. ff. de re. iuris. immo si nõ ex
primat accipienda est remissio in mino
ri. ⁊ pro minori summa scilꝫ pro accessi
onibus fructibus ⁊ expensis ⁊ usur. aut
interesse. cum secunduz ius hoc fieri de
bet. ut. l. ij. ff. si quis cau. in prin. et. ff. si
certum pe. l. lecta. ⁊. l. certum. et. l. fi. ff. ȯ
eo quod certo loco. cum pactum obscu
rum sit interpretandũ contra eum in cu
ius fauorem fit q̃si sibi imputet. quia ex
pressius non fuit pactus. ff. de re. iuris. l.
semper in stipulatõib⁹. et. l. in obscuris.
⁊. ff. de cõtrahen. empti. l. si in emptiõe.
in prin. ⁊ de ṽbo. obli. l. quotiẽs. ⁊. ff. ȯ
re. dubi. ⁊. l. quotiens. sic intelligit̃. ff.
de pact. l. ueteribus. Nec obstat. l. ali
menta. § . basilice. ff. de aliment. ⁊ ciba.
lega. quia ibi fit interpretatio p iudicez
ex mente testatoris. ut. l. uoluntas. C. de
fidecõmis. nec obstat glo. l. emptor. § .
lucius. ff. de pact. que uult qꝫ in dubio
stetur uerbis generalibus. q̇a dicta glo.
loquitur quando non est supra certa re
nec ratiõe certe rei fiebat dicta remissio
generalis. secundum Jac. de are. in quo
daz suo consilio quod incipit. habeo de
bitorem in. x. Sed Bar. in quodam consi
lio qȯ incipit. petrus mathei. dicit qꝫ il
la glo. debet intelligi quando non sunt
aliqui casus spetiales expressi ad quos
dicta clausula posset referri. secus alias.
¶ Et circa predicta uide unum consi
liuz francisci trigrini quod incipit. Sem
pronius suum condidit testamentum. ⁊
in alle. consilio quod incipit. habeo de
bitorez in. x. ⁊ uide Bar. in. l. aurelius. in
§ . gapo. de libera. lega. ⁊. d. l. emptor. § .
lucius. et. d. l. si de certa. et uide pmolã.
in. l. de pupillo. § . si in pluribus. ff. de
noui. oper. nũc. nec obstat. l. doli clausu
la. ff. de ṽbo. obli. quia ibi ideo est. quia
natura contractus hoc exigit. que exigit
bonam fidez in quolibet contractu pre
stari. ut. C. de act. ⁊ ob. l. bonam fidem.
et per consequens exigit dolum abesse

cui contradicit bona fides. ff.pro socio l.iij.§.fi. secundum Jo.c.de are. in alle͂to cōsilio. siue dicat̃ ꝙ cedit omne ius qꝺ sibi competit ⁊ cōpetere potest in futurum.hoc importat ꝙ tantūmodo cedit ius quod sibi cōpetit in uita ⁊ nō post mortez.de quo plene per Bal.in quodā consilio qꝺ incipit.In xp̄i nomine amē. sup quo dicenduz est ꝙ illa uerba competere potest in futuruz.intelligunt̃ ex causa de p̄seti. ut nō.Bar.in.d.§.duo fratres.in.vj.et.vij.q. secundum Bal.in allegato consilio.

Clausula. Que in prefationibus dicuntur . in contractib⁹ repetita uidentur . Ista clausula potest dupliciter intelligi . primo ꝙ intelligatur de hijs que ponuntur in prefationibus. idest de hijs que partes cōueniunt ⁊ practicant anteꝙ fiat cōtractus uel stipulatio. ut.l.item quia.ff.de pact].⁊ de ista clausula hic loquit̃ . Itez potest intelligi de hijs que dicuntur in anteriori parte cōtractus.an intelligant̃ repetita in posterioribus. et ista ē materia.l.si quis in prin° testamēti.ff.de leg. iij.⁊ de ista alibi dicam.Circa qꝺ dic ꝙ eoipso ꝙ est factum aliud ꝙ̃ fuerit dictum seu actum in prefatione uidet̃ presumi errorem.ut.l.si binaꝝ edium. et.l. sed ⁊ si me putem. ff.de condic.indebi. Et idem in ultimis uoluntatibus. ut.l. quotiēs.in prin. §.i.⁊.ij.ff.de heredib⁹ institu.⁊ secundū hoc uidetur ꝙ si quis uult concludere ꝙ aliquid uideatur actuz. debet duo probare.uidelicet in prefationibus id esse actum.⁊ cōtractum esse factum in modicum tempus.ut patet ex tex.l.ticia.§.idem respondit.ff.de v. ob.iūcta.l.si binaꝝ . Si autē uult solum probare errorem.sufficit probare solum in prefatōnibus esse dictuz.⁊ postea obmissuz.⁊ hoc est uerum nisi repetitio uiciaret actum ubi sequeretur correctio. ut est glo.nō.in.c.cupientes.⁊.§.ꝙ si ꝑ ex.de election.in.vj. ubi dicit ꝙ per receptionem uel subauditionem uel tacitos intellectus non debet induci correctio.facit etiā quod nō.glo.in.l.talis scriptura.de leg.i.⁊ qꝺ nō.glo.⁊ Bar.in.l.ꝑtor.in.§. differētia.ff.vi bo.rap . ⁊ hoc est ueruz nisi inter alias ꝑsonas. ut.l.in repetēdis . cum ibi nō.ff.de leg.iij. secūdum Bar.in.d.§. idem respondit.secundum Jo. de ꝑmol̃.ibidem dicit ꝙ cōtra Bar.fortit̃ facit.l.cuz in plures. §.locator orrei.secundum unam lect.ff.locati. quia si ex interuallo sequit̃ actus.poti⁹ uidetur recessum ab eo ꝙ̃ esset error. et hoc etiam uidet̃ nōre Bar.in.l.pacta nouissima.C.de pactis . et potest dici ꝙ

quandoꝗ in contractu ponitur cōuentio ex qua quesitū est ius contrahentis aliquid facienti . ⁊ tunc non uidetur in dubio ab illo recedi per actuz qui postea fit ex interuallo ex eo q̇a alias insurgeret ⁊ p̄sumeretur donatio quedaz. argu.l.si mulier .ff.de condic.ob causam. ⁊ qꝺ nō.in.l.si quis delegauerit.ff.ꝺ donat.ꝙ nō est in dubio presumendum.l. cum de indebito.ff.de probac.⁊ ita itelligit̃ allegata.l.si binaꝝ. ⁊.l.si tibi liberum. quandoꝗ uero in cōtractu apponitur conuentio sed in prefatione ante ipsum cōtractum.⁊ ista ē presens materia quo casu aut talis conuentio tendit ad tollēdam obligationem aut ad limitandam.si tendit ad tollendam tunc si simplex conuētio impediret effectum actus seu contractus subsequētis si sequit̃ in continenti.secus si ex interuallo.ut.d.§ locator orrei.secundū unum intellectuz. licet dictus.§.habet plures intellectus. ut ibi nō. ⁊.l.pacta nouissima.C.de pactis.⁊.l. non solum.§.mort].ff.de noui. oper.nūcia. circa articuluz declaratorie ꝓtestationis per Bar. ⁊ est ratio predictorum.quia tūc uidetur fuisse ꝓtestatio cōtraria facto. ideo non tollitur ꝑ actū contrarium ex interuallo.secus si in continenti exquo utraꝗ pars consensit. argu.l.ad ea. de condic.⁊ demō . Si uero talis conuentio seu protestatio cōueniat in futuris.tunc impediretur effectus actus postea subsequentis . etiam si ex interuallo fiat. eo quia tunc uidetur talis actus errore emanasse cum uerisimiliter nō debuisset emanasse si pars fuisset memor preambule conuētionis. nam uidetur in effectu fuisse mens partis conuētionē facientis ꝙ nullo modo intēdebat facere actum. etiaz in casu quo faceret quia non intēdebat id facere animo se obligandi. et sic si ex interuallo fecit uidetur fecisse errore. ar.l.si tibi libeꝝ. ⁊.l.si binaꝝ. ⁊.l.si me putem. Secundo casu principali quādo preambula tēdit ad limitādum.dic ꝙ aut tendit ad limitādum tale quid ꝙ inducit diuersitatē in qualitate obligationis.exemplū in.l. i.§.si quis simpliciter .ff.de v̄bo.obli. ⁊.l.si ita stipulatus. ⁊ tunc idem dicendum qꝺ in proximo precedenti casu.ut d.l.ita stipulatus. cuz ibi nō.ff.de v̄bo. obli. aut tendit ad limitādum tale q̇d ꝙ inducit diuersitatē in qualitate ⁊ substantia obligatōis . ut potest colligi exēplū ex.d.l.si binaꝝ.si ꝯuētio de qua ibi fuisset apposita in p̄fationibus. ⁊ tūc si in continēti sequitur actus seu contractus uidet̃ repetita . ut.d.§. idem respōdit.secus si ex interuallo. ar.l.naz ad ea. ff.ꝺ cōdi.⁊ demō. ⁊ hoc quādo simplex

fuit conuentio. Si uero cōtineret futurū
etiaz ut patet exemplū ex nō. Bar. in. d.
l. pacta nouissima. tūc uidetur etiam re
petita. si actus ex interuallo fiat. ⁊ nō im
pedit. ar. l. modestinus. ff. de sol. ar. ei⁹
ꝙ nō. Bar. in. d. §. mortꝫ. circa protestati
onem declaratoriam in. ij. mēbro. et est
ratio. quia hoc casu actus sequens non
adeo cōtradicere uidetur conuētioni p
ambule sicut in casibus precedentibus.
immo magis se cōpatitur cum illa. ideo
aliud statuitur hic ꝙ in supradictis casi
bus. Sed an prefationi credatur ⁊ fidez
faciat. ⁊ uidetur ꝙ nō. ut. l. si forte. ff. ó
castrensi pe. et. l. fi. de exercito. eō uidet
ꝙ sic. ut. l. i. §. nō aūt. ù. ꝙ si nupcijs. ff.
de exercito. ⁊. l. fi. ff. de heredi. insti. et
hec est ueritas. nam creditur quantum
ad eos qui prefationes faciūt. ut allata
l. fi. et quantum ad alios dic. ut. l. ambi
ciosa. secundū unam lect. ut. ff. ó decre.
ab ordi. facien. secundum Bar. ibi maxi
me in grauibus psonis. ut. l. i. ff. de offi.
prefe. preto. ⁊ in. c. post cessionē. de pro
bac. ⁊ in cle. i. et ꝙ ibi nō. de probac. ad
mittitur autē probatio in cōtrariū. secū
dum. glo. in dicta cle. Item ex prefatiōi
bus ⁊ tractatis habitis ante contractuz
multotiens iudicatur ⁊ presumitur con
tractus sequens qualiter debeat iudica
ri. secunduz Bal. in. l. emptione. C. plus
ua. ꝙ agit. ubi post odofre. dicit ꝙ si añ
contractū emptionis fuerit habitus tra
ctatus de mutuo. ⁊ postea fit instrumen
tū emptionis cum pacto de reuendēdo
contractus iudicatur usurarius. de quo
uide ludo. in suis dictis in lr̃a. u. dicto
quod incipit. solet queri. an autez enun
ciationibus seu prefationibus credatur
uide Bar. ⁊ ymol. in. l. ex hac scriptura.
ff. ó donatō. ubi plene.

Clausula. Rato manente pa
cto. de ista clausula habetur
plene in. l. qui fidem. ff. de trās
ac. ⁊ in. l. cum proponas. C. de transac.
⁊. l. ita stipulatus. in fi. ff. de ùbo. obli.
Et operatur ista clausula ut possit peti
tam sors ꝙ pena. nec p unum renūciat
seu derogatur alteri. ut. d. l. qui fidem.
Et est ratio ṡm Ja. bu. in. d. l. qui fidez.
quia per istam clausulaz uidetur esse ac
tuz ut pena non succedat loco rei que
al'as succederet. ⁊ sic nō posset peti utrū
ꝙ. iuxta nō. per Bar. ⁊ Jac. bu. in. d. l. q
fidem. licz ista sit materia pulchra ⁊ ma
gna habēs capita. de qua latius p Bal.
in. d. l. cum proponas. ⁊ ideo tabelliōes
cōmiter consueuerunt ponere in instru
mētis hanc clausulam. Rato manēte pa
cto. seu equipollētia uidelz ꝙ exactio pe
ne non impediat sortem. seu ecōtra. Itē
operatur dicta clausula. rato manēte pa
cto. ut licet quis simpliciter recipiendo
sortem sine protestatione uideatur renū
ciare pene. ut. l. fi. ff. de eo qð certo loco
⁊. l. ij. ff. si quis cauc. ⁊. l. iiij. C. depo. tñ
si in istrumento est posita clausula. rato
manente pacto. quis recipiendo sortem
non uidetur renunciare pene cōuentiōa
li. glo. est in all'ata. l. fi. ó eo quod certo
loco. ⁊ ibi Bar. Item iuramentum appo
situm in contractu habet uim clausule.
rato manente pacto. ita ꝙ utrūꝙ scilicz
tam principalis ꝙ pena peti poterunt.
ut. l. si quis maior. C. de transac. de quo
p Bal. ubi s̃. ⁊ per eundem in all'ata. l. cū
proponas. ⁊ ibi p Bar. qui idem tenet. ⁊
de hac clausula uide Jo. de ymol. in. c.
potuit. de locato. in glo. que incipit. biē
nium. circa fi. ubi dicit nō bene glo. que
uult ꝙ clausula. rato manente pacto. in
telligitur ⁊ operatur in fauorem eius q̇
seruat contractum. non autē in fauorem
illius qui cōtrauenit. immo potius uide
tur apponi in ipsius odium. ⁊ idez uolu
it glo. l. qui fidez. ff. de transac. ⁊. l. ij. C.
de iure emphit. et ideo quando dñs ap
ponit penam si emphiteota non soluit
canonē cum clausula. rato manente pac
to. tunc si non soluitur pensio potest exi
gi pena. ⁊ cum hoc etiaz dñs potest sta
re contractui si uult. ⁊ potest etiam non
stare si uult expellere emphiteotam. nec
poterit emphiteota se iuuare dicta clau
sula. rato manente pacto. ex quo non ser
uauit cōtractum. p. c. ex eo. de re. iuris.
in. uj. facit qð nō. dy. ⁊ Bar. in. l. cum pr̃
§. liberti. de leg. ij. et facit ad predicta
quod nō Spec. in ti. de locato. §. int̃ ali
qua. ù. xxxvi. cum duobus. ù. sequētib⁹
⁊ facit. c. si ecclesie. xxv. q. ij. ⁊ de arbi. c.
dilecti. cum sy. ⁊ tenet Bar. in all'ata. l. q̇
fidem. subdit tamē ymol. in alle. glo. q̇d
si dñs stipulatus sit penam si emphite
ota non soluit canonez. ⁊ non apposuit
clausulā. rato manente pacto. an tunc si
emphiteota non soluit p biennium. si ē
emphiteota ecclesie. uel per triennium si
est emphiteota priuati poterit dñs ex
pellere emphiteotam. et uidetur ꝙ non
quia pena ⁊ prouisio homis uidetur fa
cere cessare penaz ⁊ prouisionē. l. ar. l. fi.
C. de pactꝫ conuētio. cōtrariū tenet glo.
in. l. ij. C. de iure emphi. quam sequūtur
cōmiter doctores. nec obstat. d. l. fi. q̇a
ibi loquitur de quodam iure spetiali in
ducto per. l. in fauorē mulieris. quod fa
cilius tollitur ꝙ ius cōmune. ut. l. ei⁹. §.
militia. ff. ó testa. mili. ⁊ in. §. qui ùo. in
auten. de non alienā. coll. ij. ⁊ ideo talis
prouisio penalis non tollit ius cōmune
circa penam expulsionis statutā in. c. po
tuit. de locato. ⁊ etiam alle. l. ij. C. ó iure

emphi. et p hoc etiam habes q stipulatio penalis non nouat primitiuam obligationẽ etiam descendentem ex contractu iuris cõis. de quo per Bar. in.l.ita stipulatus.ff.de ṽbo.ob. ⁊ tãgitur in.l. obligationum fere.§.fi.ff.de act.⁊ ob. utrũq autem uidez petere penam ⁊ emphiteotaz expellere non potest. unde alterum eligere debebit. p.l.rescriptũ.§. si pacto.ff.de pactis.⁊ hoc quando nõ est apposita predicta clausula. rato manente pacto seu contractu.secus si fuissz apposita ut.s̃.dixi in glo.⁊ per hoc facit etiaz quod ponit Anto.de bu.in alle. c.potuit.⁊ Spec.ubi.s̃.⁊ satis dicit manere pactuz quando seruatur id quod uult natura contractus. ⁊ ideo cuz natura cõtractus habeat ut possit fieri expulsio propter solutionẽ non factam. debebit talis expulsio fieri stante tali clausula.rato manente pacto.⁊ dicit Bar.in.l. cõmissorie.C.de pact. inter.emp.⁊ uen. q qui post terminũ petit rem uidetur renũciare petitioni pretij. nisi fuerit apposita clausula.rato manẽte pacto. ⁊ uide Cy.in alle.l.cũ antea. ubi post Jac.d̃ raue.qui dicit.q clausula rato manente pacto non habet locum in cõpromissis ut pena ⁊ res peti possit .uel q pena petatur ⁊ exceptõ detur. sed opatur q pena sepius cõmittatur. habet ergo locuz secundũ eum.l.qui fidem.⁊.l.cum ppo nas.in alijs contractibus preterq in fideicõmiss.de quo p Spec.in ti.d̃ arbi. §.fi.ṽ.item dixi.et.ṽ.item quid si in cõpromisso penali.

Clausula. Saluo iure impertinentium ⁊ non admittendorum.hec operatur q si fuit admissus qui non debebat admitti. uel testis qui non debebat admitti.si deposuerunt cum nõ deberent examinari. si alias omimodo impertinens nec conferẽs ad causam. non est dubiũ q nil releuat ut quia ponunt q rex est in francia. sed si aliquid confert ad causam.licet nõ deberet admitti. ut patet exempluz in causa possessionis recuperãde.si fuit admissa probatio.⁊ tunc si quidem parti non fuit data copia articulorũ.⁊ sic ei nõ potest imputari q consenserit. poterit opponere postea q dicta testiuz non ualebunt. sed si ei potest aliquid imputari. secus est.ut patet exemplum ex̃ de ordi. cogni.c.i.⁊ per Inno.in.c.per tuas.d̃ testibus. et ex hoc apparet q quando iudex precepit responderi positõibus. saluo iure imptinentium ⁊ non admittendorũ.tunc etiam post responsionem potest disputari. an pars debuerit respondere uel non. quia apparet partem non consensisse. ⁊ predicta sunt uera in hijs interrogationibus que fieri non debẽt i fauorem partis.Sunt ⁊ alie interrogatõnes que fieri non debent a teste propter fauorẽ ipsius testis.puta an testis sit criminosus. licet interrogari non debuerit uiciatur tamen dictum eius. ut nõ.in.c. i.ex̃.de excep. de quo per Spec.in ti.de positõibus.§.vij.ṽ.ix.Et de ista clausula uide p Spec.i.ti.de positõ.in.§.vij. ṽ.⁊ nõ. cui⁹ dicti effectuz uide in fine sequẽtis clausule.quia debet esse hec. ⁊ p Bar.in.l.si duo.§.idem iuris .ff.de iure iurando.

Clausula.Si ⁊ inquantum d̃ iure debet fieri ⁊ non alit̃.reddit actum conditionalem. ita q si de iure actus non debebat admitti ipso iure habetur p non admisso q̃si deficiat conditio.⁊ sic non nocebit parti. etiam si non appelletur. licet alias noceret si non appellaretur.l.i.⁊.ij. cũ ibi nõtis.ff.de appel.recipiẽdis.ubi per Bar.⁊ hoc etiam fuit de mente Bar.in.l.ambiciosa.ad finẽ.ff.d̃ decretis ab ordi .faci. ⁊ sic non erat necessarium q appelletur a tali ãmissione.ubi alias esset necessariũ uel q petatur reuocari.secundũ pmolã. in.l.iudex.ff.de re iudi.⁊.l.si quando.ff de leg.i. idem ponit Ludo.in.l.i.ff.de ar.ubi etiã uid̃ aliquos effect⁹ quos opat̃ dicta clausula.et uide Bal. in.l.fi.C. qui legittimam psonam.et Spec.in ti.d̃ positõ.§.vij.ṽ.⁊ nõ.ubi dicit q cũ cautius sit superfluum admittere q necessarium obmittere.ut.xiij.q.ij.non extimemus. cum suis concordantijs. ⁊ que habundant non solent uiciare scripturas. ut.ff.de.re.iuris.l.non solent. debet iudex quando dubitatur an positio sit admittenda uel non. q faciat respondere saluo iure impertinentium.

Clausula.Si ⁊ inquantuz de iure potest ⁊ non aliter.quam interponere solent iudices in decretis.s.alienatione rerum minorum operatur q si alienatio habeat omẽs solemnitates ⁊ omnia requisita preter decretum.tunc operatur q decretum ualz licet alias sine eo nõ ualeret. ⁊ ad predicta faciunt nõta per Jo.an.in.c.cum cõtingat.ad finẽ.de offi.delegati.⁊ qd̃ nõ. glo.in.l.iudex.ff.de re.iudi.ubi dicit q iudex non debet dicere admitto inquãtum de iure debeo. si tamẽ facit habes quid importet.⁊ ad p̃dicta faciũt nõta. p Bar.in.l.ait ptor.§.ij.ff.d̃ re.iudi.⁊ p pmol.in.d.l.iudex.et Bar.in.l. cum propter.ff.de leg.prestan. ⁊ uide Bar.in repetione.l.edita.quã fecit padue.

Clausula. Saluo iure partiũ/ qua uti solent iudices quãdo ad ulteriora ꝓcedũt. hec opatur ꝙ ubi est presumptio malicie contra partem excipientem. uel sit dubium an exceptio sit de iure admittenda. ⁊ requirit longum tractatum. uel altiorem indaginez. uigore istius clausule potest iudex ad ulteriora procedere facta reseruatiõe predicta. ⁊ habet locum in exceptiõibus dilatorijs. positionibus ⁊ articulis. uel quando dubitatur utrum admittatᷣ testis uel non. ⁊ in hijs multuz potest iudicis officium. ut. l. ubicũqꝫ. ff. de interro. actio. ⁊. l. iij. §. i. ff. de testibus. ⁊ facit ꝙ nõ. Io. an. in. c. ex pte. ex̃. de testibus. et idem in alijs exceptionibus que non impediunt ꝓcessum. secundũ eundem Io. an. in dicto. c. ex pte. sed in exceptionibꝰ ꝑiudicialibus in quibus ordo iuris peruerteretur non posset fieri. secunduz hostꝫ. in. c. cum contingit. de off. deleg. per id quod habetᷣ in. c. exhibita. de iudic. de qua materia uide glo. ⁊ Io. an. in. d. c. cum contingit. ⁊ uide ꝑ ꝑmolã. in. l. ille a quo. in. §. si ꝺ testamẽto. ad trebelꝉ. ⁊ facit ꝙ notat Bar. in. l. ij. ff. de appella. recipiendis.

Clausula. Si de iure processerit iudex decernendo hoc mõ dicit. interpono decretum si ꝺ iure processerit an ualeat ista iterpositõ decreti. uidetur ꝙ non. quia ante decreti interpositionẽ nondum ꝓcessit de iure. ⁊ sic conclusio est falsa. sed Bal. tenet cõtrariũ in. l. i. C. qui admitti. in. xxj. columna. quia quantum ad partem de iure processerit petendo decretalem quando eidem est delata editalis. ⁊ idez etiaz tenet Bar. in. l. cum propter. ff. de lega. ꝑstan. si autem petitio de iure non processerit. tunc cuz cõditio defecerit. quia esset falsa non ualeret interpositio. ꝓut sentit Bal. ibidẽ. ⁊ sic ista clausula. apposita interpositione decreti reddit actum conditionalem.

Clausula. Alioquin admitto si probata fuerit. hac aũt clausula seu cautela utuntᷣ iudices cauti. quando coram eis proponitur aliqua exceptio. quia si non admittitᷣ posset pars appellare. quia si iudex admittit exceptionẽ cuz clausula predicta. illa etiam nõ probata pars non poterit appellare. uel si appellaret. appellatio non admittitur. que cautela seu clausula elicitᷣ ex. c. olim. de excepti. ubi ꝑ hostꝫ. ⁊ tenet spec. in ti. de excep. §. uiso. ꝟ. itez caute.

Clausula. Alioquin te noueris excõmunicatum. De ista clausula uide per Spec. in ti. de citatõne. §. iam. ꝟ. ꝙ si iudex. ubi dicit ꝙ si iudex dicat. mãdo tibi ꝙ uenies die. uel ꝙ talem cites. alioquin te noueris excõmunicatum. ꝙ non ueniens uel nõn citans non est excõmuicatus. quia necessaria est sentẽcia excõmunicatõis. ut. C. de sen. ex peri. reci. l. arbiter. ⁊ oĩe ꝓprio proferri. ij. q. i. de maifesta. in fi. ibi. iam diiudicaui. ⁊ ar. nõ. de simo. c. sicut tuis. in fi. in glo. ar. ꝙ abbas. ⁊. c. i. de eo qui fur. ordi. susce. nec talis clausula ꝓbat sñiam. C. ꝺ edẽ. auten. si quis in aliquo. ⁊. ex̃. de fide instrumẽ. c. i. quia non creditur iudicis assertioni. ex̃. de proba. c. qm̃ contra falsã ar. ꝺ. lxiij. di. c. salonitanie. ⁊. xxiiij. q. iij c. comperimus. ex̃. de simo. c. accusatuz. sed illa ut dicitᷣ ibi. papa loquitur. qui aliquẽ solo uerbo absoluere potest. ex̃. de senten. excõmu. c. si aliquando. unde dic ꝙ iudex sic procedere debet. nam ꝑ sentibus aliquibus absentem uel citare nolentem excõmunicabit hoc modo. qa talis a me legitime citatus cõparere cõtempsit. uel ad mandatum nostruz citare neglexit. eum excõico in hijs scriptis. deinde illum citabit hoc modo. mando tibi ut compareas tali die. uel talem cites. alioquin te noueris excõmunicatuz. cuius excõmunicatõis forma talis est. ut ŝ. alij dicunt. ꝙ bene est excõicatus per talia uerba. ar. eorum que nõ. in Spec. ꝺ senten. §. ut inter. ꝟ. porro. quid autem si non ueniens habet iustam causam. uide eundem in. di. §. iam. ꝟ. quid si non ueniens. usqꝫ in fi. §.

Clausula. Codicillaris. si nõ ualet iure testamẽti ualeat iure codicillorũ. ⁊c. reuocat ⁊ annullat omĩa legata apposita in primo testamento. quis sit nullum. C. de fideicõmiss. l. fi. ⁊ de leg. i. l. plane. in prin. ⁊. l. si transfreta. ff. de adimen. leg. constat eni legata quantumcũqꝫ ualida relicta in testamento solẽni posse codicillis reuocari. quando nuda uoluntas reuocatoria minus solemnis legata ⁊ fideicõmissa in prima uoluntate solemni relicta reuocat ut. ff. de adimẽ. lega. l. iij. §. fi. ⁊ in codicillis fiat ademptõ legatorum relictorũ in testamẽto solemni. textus est instꝫ. de adimẽ lega. et ita consuluit Angel. in quodã consilio quod incipit. In dei nomine amen. quidam condidit suum testamentum. si uero fiat secundũ testamẽtum non solemne. legata relicta in testamento solemni non reuocantur. ꝑ. l. si iure. de leg. iij. et hoc ꝓcedit quando adẽptio surgit tacite ex eo ꝙ secundum testamentum habet tollere primũ. iuxta. l.

postumus.§. si paganus .ff.de iniusto rupto ⁊ irrito testamento. nam tunc ita demum uidetur adimere. si secunduz ua let.ut.d.l.si iure.secus si ademptio esset facta expresse in secundo testamẽto mi nus solemni legati relicti in testamento primo solemni. nam tunc saltez ꝑ excep tionẽ tollitur. per nõ.in.l.milites .§.ue terani. de testa.mili.⁊.l. plane.la.i. secũ dum Bal. ⁊ ymolã.in.l.si ita scriptum. de leg.primo.

Clausula .Ista/uolo testamẽ tum meum haberi pro legitti mo . idem operatur ꝙ clausu la.uolo testamentum meum ualere omi meliori mõ quo potest.secundũ ymolã. in.l.codicillis.§.fi.ff.de leg.ij.ubi etiaz dicit ꝙ propter clausulam codicillarez uel equipollentez trahitur institutio ad causam fideicõmissi. facit ꝙ habetur in l.querebat.ff.ð testa.milit|. ⁊ qð plene nõ.in aut|.ex causa. ⁊ ex hoc tenet etiaz ꝙ uerba directa ex ui clausule codicilla ris obliquãt .ut.l.steuola.ff.ad trebell. ⁊ dicit Bal .in.l.cum pater.§.filijs ma trem.ff.de lega.ij.ꝙ iste due clausule sci licet uolo testamentum meum ualere oĩ meliori modo quo potest. ⁊ clausula co dicillaris.si non ualet iure testamẽti.⁊c. equipollent.⁊ idẽm dicit.ꝙ habet effec tum etiaz ab intestato. facit.l.codicillis §.fi.s̃.allegata.

Clausula. Codicillaris./si nõ ualet iure testamenti.⁊c. habz effectuz istum. quia si testamẽ tum deficiat.eo quia non aditur heredi tas. ut.l.eam quam.C.de fideicõmiss.⁊ l.qui autem.ff.si quis obmi. causa testa menti.dum tamen ponãtur uerba.si nõ ualet uel non ualebit.ita cõsulerunt mul ti doctores consilio quod incipit. q̊daz nomine andreas . Item etiam operatur dicta clausula codicillaris. ubi testamẽ tum non ualeret/propter defectuz here dis incapacis.ut.d.l.eam.secundũ unaz lect. si uero testamẽtum deficit propter defectum persone testantis. puta quia testari non potuit. tũc dicta clausula ni hil operatur. quia qui non potest testa ri.neq̧ codicillari.ut.l.diui.§.codicillis ff.de iure codi.⁊.l.ij.de leg.i. de quo ui de plene in quodam consilio quod inci pit.quia iuris allegatio.

Clausula. Si nõ ualet.⁊c. ha bet locum. si testamentum de ficiat ex causa preteritiõis. ita tenet Bar.in consilio quod incipit. dñs iacobus.et est tex.secundum lect.hugo. in.l.si patroni.i pri.ff.ad trebell.⁊ hoc tenet marti.spri.dy.⁊ moderni. quia pa paria sunt relinquere a uenientibus ab intestato.⁊ dicere.si non ualet iure testa menti.secundum glo .l.ex testõ. C.de fi deicõmiss. Sed si quis dixisset legata ð beri a uenientibus ab intestato deberẽ tur sine dubio.ut.l.si quis cum nullum ff.de codicill.et hoc est uerum.quando filius seu postumus preteritur scienter. secus si ignoranter. quia tũc clausula co dicillaris nihil operatur.⁊ ita tenet Bar. in consilio quod incipit. lapus fecit tes tamentum. Si uero testamentum defici at ex causa exheredatõnis. etiam habet locum dicta clausula codicillaris. sicut dictum est in preteritione. et idem si tes tamentum rumpitur per ꝯ tabulas. ꝯm Bar.in.l.i. C.de iure codicillorum.

Clausula. Codicillaris appo sita in codicillis sub hijs uer bis/si non ualet iure codicillo rum.ualeat iure cuiuslibet ultime uolun tatis . prout melius ualere potest. ꝯm Bar.in.l.i.ff.de iure codicill. operat ut ualeat iure alterius ultime uolũtatis.pu ta uoluntatis imperfecte inter liberos. ut.l.fi.C.fa.herc.⁊.l.hac consultissima §.ex imperfecto.C.de testa.non autem ut ualeat iure testamenti. Sed si erat uo luntas sufficiens ad testamentum et he redis institutionem.quia illa heredis in stitutio non potest ualere directo. ut.l. hereditas.C.de hijs quibus. ut indig. ualebit iure fideicõmissi.

Clausula . Codicillaris . su pra posita. uidelz. si nõ ualet. ⁊c.debet intelligi aliter q̃ per reuocationem testatoris/ quoniaz si per testatorem reuocatur primum testamen tum simpliciter factuz. in quo erat clau sula codicillaris non directe in testamẽ to secundo.hijs uerbis cassans irritans ⁊c.non est dubium ꝙ illa clausula nihil operatur.ut sentit ⁊ nõ.Bar.in.l.de iure codicillorum.

Clausula .Codicillaris.si nõ ualet.⁊c.habet locum quãdo testamentũ deficit ratione ob misse uoluntatis.ut.l.codicill.§.fi.ff.de leg.ij.⁊.l.hijs uerbis.ff. ð testa.⁊ i aut|. ex causa. secus si deficit ex causa uolũta tis imperfecte. quia mortuus anteq̃ tes tamentuz compleatur. ut est tex. in.l.fi deiꝯ.§.i.ff.de lega.iij. ⁊.l.ex ea scriptu ra.ff.de testa.de quo etiam in allato cõ silio quod incipit.Juris allegatõ. si autẽ hec clausula concipiatur copulatiue.pu ta.uolo ꝙ ualeat iure testamenti ⁊ codi cillorum.dic ꝙ operatur ⁊ resoluitur in

disiunctiuam ne sit repugnātia. ut.ff.de
usu.lega.l.si ticio fundus.

Clausula. Codicillaris uidet̄
grauare omnes uenientes ab
intestato qui defuncto succe
dunt.l.ex testamēto.C. de fideicō. ⁊ ibi
glo.⁊.l.quia autem. ⁊ ibi glo.ff. si quis
obmissa causa. et etiam si aliqui suc
cedunt ex testamento. puta quia pri
mum testamentum per secundum non ē
reuocatiuū. tunc per clausulaꝫ codicilla
rem appositaꝫ in secundo testamēto.suc
cedentes enim illi ex primo testamento
uidentur rogati.ut.l.si quis cum nulluꝫ
C.de iure codicill̄.secundum Bar.in.l.i.
ff.de iure codicillorum.

Clausula. Quatenus rite et
recte processerit.seu quatenus
rite et recte processerit confir
mamus. Scias pro intelligentia de istis
dictionibus habet̄.ꝑ Bar.⁊ glo.i.l.hoc
colore.ff.ꝺ inofficioso testō.⁊ in.l.iuste.
ff.de acqui .poss̄. ⁊ in.l.sed ⁊ si lege.§.
scire.ff.de petitō.heredi. ⁊ per eundem
Bar.in.l.lecta.ff.si certum pe. Et conclu
sio est.ꝙ dictio recte cause iustitiā signi
ficat.dictio rite solēnitatem ordinis seu
iuris.de quo per glo. in.l.non putauit.
§.non queuis.ff.de ꝫ.ta. ⁊ per xmolā.i
alleata.l.iuste.Et est sciendum ꝙ hee dic
tiones aliquando ponuntur in sentētijs
aliquando in priuilegijs. si in sententijs
aliquando secunduꝫ aliquos faciunt cō
clusionē. sed in priuilegijs nō. sed ponū
tur causatiue.sed host̄.dicit.ꝙ quando
ista uerba ponūtur in priuilegijs seu cō
firmationibus. in forma cōi impetrate
intelliguntur condicionaliter. ubi nō ex
certa sciētia principis conceditur seu im
petratur confirmatio seu priuilegium.
maxime quando totus tenor inseritur ī
rescripto. tunc uerba predicta ponūtur
causatiue ⁊ non condicionaliter. ⁊ bene
ꝓbatur in.c.examiata. ⁊ in.c.uenerabi
lem.de confirmatione uti.uel inutil̄.§.
fi.in fine. et confirmatio facta cuꝫ dicta
clausula.q̄tenus rite ⁊ recte.⁊c̄. sine cau
se cognitione ⁊ in forma cōmuni. nulluꝫ
aut modicum ius tribuit. sed uetus tan
tum conseruat. xij.di.c.precept̄. ⁊.c.q̇a
intētionis.de priuilegijs.de quo ꝑ Bar.
in.l.⁊ q̇a.ff.de iurisdi.o.iu.ubi plene an
qui cōfirmat uideatur dare. ⁊ ibi latius
per Bal.de quo per Bar. in consilio suo
quod incipit. Ciuitatis camereni. ⁊ per
talem confirmationem non impeditur
petitio alterius.uel non clauditur manꝰ
iudicis ordinarij. quo minus iudex de
dicta re seu causa possit cognoscere.de
cōcess̄.preben.c.quia diuersitatē.ne sede

uacante.c.ij.de consti.c. ex parte. quia
nunq̄ꝫ princeps per tales confirmatiōes
seu priuilegia intendit iuri ordinario ꝑ
iudicare.ut.l.nec auus. C.de emancipa.
liberorꝫ.l.ij.§.si quid a principe.⁊.§.
merito.ff.ne quid in loco publico. ⁊ de
offi.deleg.c.sup eo.⁊.c.fi. de confirma.
util̄.uel inutil̄. Operatur ergo dicta con
firmatio ut maioris sit autoritatis.⁊ ma
gis timeat̄.xj.di.c.si quis nesciat.⁊ xxiij
di.c.quāq̄ꝫ. sic ubi princeps recipit ali
quem sub sua protectione. talis receptō
non eximit illum a potestate iudicis or
dinarij. sed talis magis est timendus et
honorādus.ut in.c.ex parte.lo.ij.de pri
uil.⁊.c.recepimus.facit in ar.c.per tuas
de maioritate ⁊ obediē. Unum tamē sci
as perpetuo. ꝙ talis confirmatio facta
in forma cōmuni prebet titulum presri
bendi.ut in.c.dudum.§.ceterum.de de
cimis.ibi nec confirmatio prefata tm̄ ef
fluxerit tēporis.de religi.domi.c.consti
tutus.§.i.⁊.§.fi. de iure patronatus.c.
circa.⁊ hoc etiam uoluit Lud.in.l.iuste.
de acqui.poss̄.Effectus uero confirmati
onis que fit cum cause cognitōne ex cer
ta scientia pricipis est quia ius tribuit
⁊ ꝙ de iure fit confirmata nullus potest
cognoscere nisi princeps uel cui ipse pri
ceps spetialiter mandauit.ut in.c.i.⁊.ij.
ꝺ confirma.util̄.uel inutil̄.⁊ in.c. quoni
am abbas.de offi.deleg. ⁊ in.c.ueniens
de testibus.⁊ in.c.uenerabilis.de cōfir.
util̄.uel inutil̄.⁊ in.c.ex frequen. ꝺ inst̄.
⁊ in.c.raynuntius.⁊ raynaldus.de testa.
Item est ⁊ alius effectus. quia aufert īfe
riori cause cognitionem.⁊ parti aduerse
petitionem.ex quo fit per principeꝫ. nisi
in modum supplicationis audiatur. ut ī
c.cuꝫ ex lr̄is.de rest̄.in iteg .Item opera
tur ut quid confirmatur uires habeat.⁊
si quid obmissum est suppleatur. c.i.de
tran.et ut quod est personale fiat reale.
de tran.c.ueniens.nisi in confirmatione
aliud dicatur.de preben .c.nisi esset .§.
ultimo.⁊.pe.et ut non solemne reddat̄
solēne.C.de testa.l.omniū. ⁊.l.adoptio
non iure facta.ff.de adop. et ut inutile
uel non firmum. reddatur utile uel fir
mum.ut.xvj.q.i.c.i.⁊ de concess̄. p̄ben.
c.ex parte.assen.⁊.d.c.constitutus.⁊.d.
l.adoptio.Est ⁊ alius casus quia ꝙ ꝯfir
mat̄ suuꝫ facit.C.de ueteri iure enucle.
l.i.circa medium.ibi enim omīa merito
nostra facimus.⁊c̄. quia a nobis eis im
partitur autoritas.⁊c̄. et ideo sicut nul
lus sententiam latam per principem po
test reuocare. ita nec ab eo confirmataꝫ
ab eius certa scientia.uel cum cause cog
nitione.de inst̄. c.cum ex frequentibus
de iudi.c.cum uenissent. nisi liquido cō
staret ipsam per surreptionem fore ob

tentam.ut in.c.ij.de confirma.util.uel i
util.quod presumit quia aperte ē cōtra
ius.⁊ cōtra solitum cursuz curie. ut si mi
nori.xxv.annis beneficium cum cura cō
firmetur.ut in.c.eam te de etate ⁊ quali
tate.uel quia in cōfirmatione apparet ui
cium notoriuz.uel ex patre scripture.uel
ex parte dictaminis. uel ex parte sigilli.
ut in.c.licet.⁊ in.c.sequēti. de crimie fal
si.et ad hoc quid operent̄ cōfirmatiōes
uide glo.in.c.quia diuersitatē. ꝺ cōcess.
preben. et Cy .in.l.cū oportet. in prin.
C.de bonis que libe. de quo etiaz in.c.
si gratiose.de rescript.in.vj. et uide per
Spec.in ti.de instrōruz edic.§.nūc testa
tus.circa principiū. ⁊ p Inno.in.c.dilec
tus.de fide instrumētoꝝ.Item supradic
ta clausula.quatenus rite ⁊ recte.⁊c. ad
res que non possidētur pacifice. sed sūt
litigiose se non extendit. ut in.c.i.de cō
firmatione util.uel inutil. nisi de hoc ex
pressam faciat mentionem. ut in.c.fi.ut
lite pēdente .secundū host. in summa.i
ti.ut lite pendēte. §.⁊ qualit .v.priuile
gium. nam licet ſm leges lit.cont.nul
lo modo possit priuilegiū impetrari. ni
si in certis casibus.ꝺ quo in Rubro.⁊ ni
gro.ut lite.pen.c.uidelz. sup hijs que in
iudicio sunt deducta.licet super alijs sic
dūmodo fiat sine magno incomodo ali
orum.ut in.C.de precibus.impa.offi.l.
quotiens. tamen secundū canones indi
stincte licet rescriptū uel priuilegiū impe
trare etiā lite pendēte. dūmodo de cer
ta scientia principis impetretur. de quo
per host.in summa. ut lite pendēte.§.
⁊ qualiter.v.ita. in casibus tamē admit
titur.⁊ in ti.de rescriptis.§.cui preiudicz.
Item dicta clausula quatenus rite ⁊ rec
te pcesserit non extēdit se ad ui seu fur
tiue.aut uiciose possessa.ut.l. autoritate
C.unde ui.de quo p glo.⁊ Angel.in.l.si
qua loca.C.de fun.⁊ sal.rei.do.li.xj.et
per Bal.plene in.c.i.per quos fiat inues
titura.in usibus feudoꝝ.ubi dicit ꝙ ge
neralis confirmatio priuilegiorū non cō
firmat nisi iusta priuilegia. ⁊ hoc nō.eti
am in.l.i.de hijs qui sunt sui uel alie.iu
ris.⁊ ibi Bar. et sic cōfirmatio in forma
cōmuni nihil noui iuris tribuit. sed fo
uet qꝺ inuenit. de concess.preben. c.qa
diuersitatē.de re.iudi.c.cum inter. de fi
de instrōꝝ.c.cum inter dilectos.⁊ nō.C.
de donat.inter ui ⁊ uxo.l.ex hijs uerbis
Iuri autē contraria non intelligūtur con
firmari.ut aliqꝺ ius nouum detur. nisi
constet de intentione. ⁊ ad hoc.ff.de li
be.lega.l.aurelius.§.testō. nisi forte pri
ceps confirmaret factum propriū.ff.de
leg.i.l.legata inutiliter.uel nisi quedam
confirmaret ⁊ quedā infirmaret.ut.ff.ꝺ
testō milit.l.tribunus.§.fi. ꝺ quo uide
Io.an. qui refert ualeriū dicere testamē
tum cuiusdam furiosi per senatum ap
pbatuz.eo quia bene disposuerat.ut re
fert Io.an.in.c.fi. in nouella. ex.de suc
cess.ab intesta.⁊ refert.⁊ sequitur Lud.
in.l.lecta.ff.si certum pe. ⁊ in.l.furiosuz
C.qui testā. priuilegia uero surrepticia
non ualent.ut nō.in nouella. in.c.dudū
de priuilegijs.Item secundum Bal.in.l.
priuilegia.C.de sacrosan.eccle.in genera
li confirmatione priuilegioꝝ facta cum
dicta clausula. quatenus rite ⁊ recte p
cesserit.non includunt̄ nisi priuilegia ui
gentia.⁊ que tempore confirmatōnis ua
lent.ut.l.meuios.§.auie.ff.de lega.ij. ⁊
de iureiur .l.eum qui.§.si multi.secūdū
Iac.bru.in allata .l.mela. §.i. de alimē.
⁊ ciba.lega.quam allat Cy. in aditioni
bus.que bene probat ꝙ est uerum quā
do concessit cassando reuocationē priui
legiorum.tunc in generali cōfirmatione
includuntur oia priuilegia reuocata.et
que tūc non uigebant.ut in.l.priuilegia
C.de sacrosanc.eccle. cum si. sed Lud.
in.l.ꝙ seruus.ff.de acqui.poss.dicit. ꝙ
in quacūqꝫ generali locutione iniusta in
telliguntur excepta.secundū glo.ibi. cui
est glo.similis in.l. non uidet̄ .in.§.qui
iussu.ff.de re iudi.ex.de iureiur .c. peti
tio.⁊ eo.ti.c.i.in.vj.Et hoc est notandū
dicit ipse ad generalem cōfirmationem
priuilegiorum ⁊ statutorum per superio
rem factam. ꝙ non intelligitur cōfirma
ta nisi iusta.⁊ ita etiam tenet Bar.in.l.i.
ff.de hijs qui sunt sui uel alie.iu.et Bal.
in.l.i.C. ꝺ monopol.p quib⁹ facit tex.
optimus.per quos fiat inuestitura.i usi
bus feu.ubi per generalem inuestituraz
feudoꝝ factam per dominū in uasallum
intelligitur facta īuestitura de iustis feu
dis tantum.⁊ non de iniustis. ⁊ uide ad
hoc Albericū de rosato.in qōnibus sta
tu.in prima parte.in qōne que incipit.
Item quero si statuta confirmentur .⁊c
et sic in generali confirmatione ut ē dic
tum non ueniunt nisi iusta ⁊ licita.ut in
c.i.de iureiuran.ut in generali iuramen
to.de obseruando statuta non ueniunt
nisi licita ⁊ iusta. de quo latissime per
eundem albe.ubi.s.in qōne que incipit
sed pone ꝙ statutum est illicitum ⁊ iniu
stum.ubi late per eum . Item si uigore
dicte confirmationis facte cuz clausula.
quatenus rite ⁊ recte processerit quis i
grediatur possessionem rei quam alius
possidet non citata parte non excusatur
talis a pena inducta per statutum ꝯtra
turbantes aliquos in eorum possessione
secundū Bar.in.l.iuste.ff.de acqui.poss.
per ea que dicit ipse idem Bar.in.l.i.§.
i.ff.si quis testō liber esse iussu.fuerit.
pro quo facit.l.fi.C.si per uim uel alio

modo.ꝛ.l.autoritate. ꝛ.l.meminerit.C.
unde ui.et hoc etiam tenet Bar. in quo
dã consilio quod incipit. Missus in pos
sessionem rei quam alius possidet uigo
re.l.edicto. Item aduerte quia qd non ē
dum per principem confirmari non po
test. de pben.c.inter cetera. de consue.
c.cum olim.de sepul.c.in nostra.§.talez
de testa.c.officij. in quibus patet ꝙ pri
uilegium principis seu pape extenditur
ad futura.unde tota die apponitur i pri
uilegijs.confirmamus tibi bona q̃ nunc
habes. uel inposterum dante domino
poteris adipisci.secundũ host. in sũma
in ti.de confirmatõne util.uel inutil.§.
de qua re.in fine. sicut qui iurauit serua
re statuta ciuitatis.tenetur seruare futu
ra.secundũ Albe.in allato loco.in qõne
que icipit.quid si potestas ¶ Circa con
firmationes uero utrum possit peti offi
cio iudicis. dic ꝙ quidam sunt actus q̇
sui natura ordinantur ꝛ tendunt ad con
firmationem.ut electiones.ꝛ tunc i istis
cõfirmatio potest peti.ut in.§.interi.in
aut.ď defen. ciuitatis.quidã sunt actus
qui non expectant confirmationẽ de sui
natura.ut sũt cõtractus ꝛ sentẽtie. ꝛ tũc
dicit Inno. ꝙ aut isti actus procedũt ꝑ
uiam iudicij.ꝛ potest peti confirmatio.
ut in sũma.de quo dic.ut nõt ipsemet i
c.dilecto. de appell. ubi dicit. ꝙ potest
peti confirmatio diffinitiue sentẽtie non
interlocutorie.qd est notanduz. Quidã
sunt actus qui procedunt per uiam con
sensus/ et tunc aut isti actus desiderant
decretum ꝛ potest peti confirmatio. ut
de ďcurionibus.l.si quos spõtaneos.li.
x. aut non desiderant decretum. ꝛ tunc
non potest peti confirmatio. secundum
Inno.in.c.i.ď confirma.util.uel iutil. ni
si forte de consensu amborum cõtrahen
tium.argu.de mino.l.ait pretor.§.ꝑmit
titur.que uerba sunt singularia secundũ
Bal.in.l.ꝛ quia.ff.de iurisdic.o.iud. Et
est sciendum ꝙ quando actus est nullus
quare qui confirmat dat ꝛ solus dicitur
dare.quia confirmans non se fundat su
pra confirmato. sed ecõtra confirmans
fundatur sup confirmante. faciũt nõ.in
l.ex hijs uerbis. C.de dona.inter ui.et
uxo.ꝛ dicit Bal.in.d.l.nam ita diuus.ff.
de adop. ꝙ quando confirmatio petit
in hijs que sui natura exigunt confirma
tionẽ superioris.tũc confirmatio magis
accedit iusticie q̃ꝫ gratie. et potest peti
etiam iudicialiter.ut in aut. de defen.ci
uitat.§.utriusqꝫ. pro quo uide qd nõ.
lxxij.di.in.c.si modo.ꝑ archi.in.c.quan
to.ꝛ.lxxvij.di.c.presbiter.ꝛ.lxxxvij.di.c
quisquis.per archi. Si uero contractus
est nullus.tunc potest peti confirmatio
secundũ Inno. in.c.i.de confirma.util.

uel inutil.quia ex cõtractu nullo non cõ
petit ius agendi.sed si contractus est ali
quis.tũc superflua esset cõfirmatio. sed
impetrãdo bene potest peti cõfirmatio
contractus.ꝛ tunc magis innitit confir
matio gratie q̃ꝫ iusticie.ex.de trãsac.c.i.
Aduerte tamen quia confirmatio actus
ualidi ad hoc poterit esse utilis.ut quia
contractus ualidus per iudicem confir
matus erit irresistibilis. secundũ Bar.in
d.l.si quis spontaneos.C.ď decurio.li.
x.ubi dicit notabiliter.ꝙ contractus ua
lidus confirmatus ꝑ iudicem nõ potest
rescindi per beneficiuz.l.ij.C.de rescin.
uen. Item erit utilis. quia ubi sententia
esset bis confirmata mandabitur execu
tioni.nec eius executio retardabitur pre
textu nullitatis. ut in cle.i.de re iudi.
Et nota ꝙ cõfirmationes magis dicunt
decreta q̃ꝫ sentẽtie diffinitiue. de quo ꝑ
Inno.in.c.cum dilectus.de elec. ꝛ quan
do princeps confirmat illegittimũ uide
tur cuz eo dispensare.de quo per Inno.
in.c.innotuit.de elec. et an confirmatio
exigat examinationem. uide ꝑ Inno.in
c.uenerabilem.de elec. et dicit Bal.in.l.
i.§.permittitur.ff.de aqua coti. ꝛ esti.
ꝙ si princeps non confirmat feudum fi
lijs defuncti militis ꝙ eos grauat. ꝛ ab
eo potest appellari.de quo per Bal.in.l.
ne cui.C.locati.Itez si princeps uel dñs
confirmat carta capitula uidetur alia re
probare. quod est uerum secunduz Bal.
quando omnia capitula ostensa fuerunt
ꝛ examiata ꝙ in dubio presumitur si fu
erunt ostensa.ut.l.tribunus.§.i.ff.de te
stõ militis.secus si non fuerũt examiata
ꝛ forte non producta.de quo per ꝑmol.
in.l.legata inutiliter.ff.de lega.i.

Clausula. Non obstantibus
quibuscũqꝫ statutis priuilegi
is uel cõsuetudinibus ecclesie/
cõtrarijs/ confirmatione aplica/ uel qua
cũqꝫ alia firmitate roboratis/ cum decre
to ꝛ alijs/ non tollit constitutionez iura
tam/ glo.est in.c.non doceat/ de priuile
gijs.in.vj/ unde per generales nõ obstã
tias appositas in collatione beneficij/ qd
est de iurepatronatus laicorum facta ali
cui/ nunqꝫ intelligitur derogatũ ordina
tionibus factis per laicos fundatores/ i
fundatione beneficij/ que ordinationes
sunt per sedem aplicam aut episcopum
confirmate/ ne laici fundationem ecclesi
arum retrahant/ facit in ar/ quod nõ.in
c.cum dilectus.de iurepatronatus/ facit
quod nõ.Inno.in.c.significauit. de pre
ben/ ad hoc etiam/ ut pacta ꝛ conuentio
nes apposite/ in fundatione tollãtur/ ne
cessarium est/ ꝙ ipsorũ pactorum ꝛ con
uentionun fiat mentio spetialis/ ut in.c.

De clausula nõ obstante

ex multiplici.de decimis/facit qͦ nō.in c.lr̄as. de rescriptis/ nam per generales non obstantias/solum tollunt̄ consuetudines ꝛ statuta ecclesie/cōtrarie/non pacta ꝛ conuētiones.secundū pe.de ancha. cōsilio.xx.quod incipit/qͦ talis est dominus noster papa bonifacius/Et si qͣs canonicus iurauit seruare consuetudīes ꝛ statuta ecclesie/ꝛ postea cōtra consuetudīes uel statuta eccl̄ie aliq̄d īpetrauit ꝛ in lr̄is est clausula non obstātibus statutis aut cōsuetudinibus ecclesie cōtrarijs iuramento/aut confirmatione apl̄ica roboratis an ualeat impetratio/uide late in decisio .rote. in nouis decisi .cc. xcviij/Item per talem nō obstantiaꝫ generalem scilꝫ non obstātibus pactis uel capitulis quibuscūꝗ/nō tollunt̄ pacta uel capitula iuramēto firmata/ut ē glo. in cle.dudū.in.v̄.pacta.de sepul/ꝛ ibi ꝑ Jo.mo/ꝛ super hoc oīno uide deci. rote in nouis tercia/ꝛ uide qͦ nō.lapus i.c. i.de constitu.in.vj/ubi dicit/ꝙ quando papa uel princeps facit gratiam uel aliquid cōcedit respiciens ius priuatū/aut aliud impediens/de quo debet fieri mēcio/procedit ex facto proprio impetrantis aut ex facto alieno/si ex facto propͦ/tunc aut quia beneficiatus impetrans ē defectuosus/ꝛ tunc non sufficit clausula generalis/sed debet esse mēcio spetialis ꝛ specifica specificando illius defectum/pro quo scribitur/et est causa illius statuti consuetudinis uel priuilegij ꝑ quos talis defectuosus redditur/scilicꝫ etatis ordinis uel alterius/et ideꝫ si ex facto alterius publicē sibi noto/quo casu uera est opi.Jo.an.in allēato.c.ei cui/scilꝫ ut sufficiat generalis clausula non obstāte et uide oīno Albe.de rosa. in qōnibus statututorū/in qōne que incipit/Statuto alicuius ciuitatis sic cauetur.

Clausula.Generalis non obstantibus quibuscūꝗ priuilegijs. non extenditur ad priuilegia in corpore iuris inclusa/secundum glo.in.l.ij.§.legatis.ff.de iudi. ꝛ i aut̄. qua in prouincia. C. ubi de crimīe agi. oportꝫ.ꝛ.l.heres absens.ff.de iudi.ī pri. /et probatur ex eo/ꝙ singl̄a nō.dicit Cy. in.l.i. C.quando iu.inter pupi.ꝛ uidu. ubi dicit/ꝙ ꝑ generalē cōstitutōeꝫ ꝓuilegiorū derogatoriaꝫ/cum clausula etiam si de eis mentio fieri deberet/non intelligitur fore sublatum priuilegiuꝫ concessum ꝑsone/alias priuilegiate/nisi de priuilegio fiat mencio/in ipsa cōstitutōe sigillatim/ꝛ hoc per tex.d.l./ꝙ dictū. ꝙ dicit non esse alibi.ꝛ probatur ex eo qͦ nō.Bal.in.l.humanū.C.de legibus/ubi dicit ꝑ generalem clausulam non obstātium.nunꝗ intelligitur derogatum constitutionibus sacri consilij/quando pro facienda derogatione illorū/oportet ꝙ de illis fiat mencio spetialis/secundum archi.in.c.i.de constitu.in.vj/et est tex. in.c.pe.de capell̄.mona/ꝛ de testi.c. nō nulli/ꝛ de etate ꝛ qualitate/c. eam te. ratio est/ꝙ illud qͦ plurium consensu fit maiori autoritate dicitur roborari/ꝛ iō ut tollatur maiori reuocatione opus est/ C.de repu.l.dubium.ꝛ in.c. prudenciaꝫ de offi.delega/et suꝑ materia non obstātiarū uide Frede.de senis in cōsilio.cc. xxvj.ꝛ consilio.xlvij.et uide plene ꝑ Jo. an.in nouella.in.c.i.de concessio.ꝓben. in.vj.

Clausula.Generalis/non obstantibus quibuscūꝗ priuilegijs/non tollit priuilegia que transiuerunt in contractū remuneratorium/uel alias sunt concessa priuilegia/ad pias causas/ut in.l.si pater.§.si qͣs. iuncta glo.s̄.v̄. irreuocabilis.ff. de donat/ ubi donatio ob causā non reuocat̄/Itē quia licet priuilegium concessum a principe/regulariter possit reuocari/ut in.c. ueniens/ꝛ in.c.i.cum ibi plene nō. de rescrip/tamē priuilegium concessuꝫ a principe/non subdito/est irreuocabile/quod transit in contractū/uel si subdito cōcessuꝫ est/princeps illud sine iusta causa/reuocare non potest/ꝙ autem priuilegiuꝫ concessum non subdito/sit irreuocabile nō.Inno.in.c.innotuit.ꝺ iudic.ꝛ Jo.an. in adicio.Spec. in ti.de cen. §.nunc in adicione.que incipit.per hanc.l. ꝛ facit qͦ nō.ipse in ti.ꝺ instrōꝝ edi.in.§. nūc v̄o aliqua.in fi.adic.incipiētes/hic oīno uide qͦ scripsi.ꝛ Bar.ponit in.l.omnes populi.ꝺ iusti.ꝛ iure/ꝛ.l. hij qui de iure immu.ꝛ de decretis. ab ordi.fa.l. quid semel.ꝛ.C.de sacrosan.eccle.l. priuilegia et Bal.in.l.qui se patris.C. unde liberi. ꝛ.de leg.l.si cum mihi.ꝛ de senat. l.non nuptis/Quod autē priuilegium cōcessū subdito sine iusta causa sit irreuocabile ponit Inno.in.c.in nostra.de iureiur/et refert Anto.de butrio.in repetitione.c. cuꝫ in.de cōstitu/ꝛ est tex.in.l.ticius.ff. de obse/quoniā princeps ita ligatur ex cōtractu/sicut quilibet alius/ꝺ natu.feudi.c.i/de probac.c.i/xxv.q.ij.c.pij. ꝛ facit quod nō.Cy.C. de legibus .l. digna uox.ꝛ Bal.ff.de legi.l. princeps/ꝛ ff.de constitu.principū.l.princeps.ꝛ ideo ius quesitum ex contractu/sine iusta causa tolli non potest/secundū ꝓmol̄.in.c.que in ecclesiarū. de constitu/Q autē generalis clausula non obstantia ex non extēdit se ad causas pias ꝓbatur ex cau̇ nō. secundū unam lect.in.c.si propter tua

debita.de rescrip .in.vj/ubi p rescriptū
non intelligitur derogatum ei/quod ad
pias causas est concessuz/puta ad repa
rationez eccl'ie/et pbatur ex.l.liberti.la
ulti.§.postumos.ff. de alimētis ⁊ ciba.
lega/ubi generalis derogatio beneficio
rum ab aliquo collatoruz non intelligi
tur derogare hijs beneficijs/que ob cau
sam alimentorum sunt relicta/ratio ē q̇a
causam piam continēt/⁊ de hoc ibi Bar.
summe nōt illum tex/accedat ad hoc.c.
cum olim.de re iudi. ⁊ quod nō.archi.
⁊ Jo.an/in.c.ei cui.de preben.in.vj. ubi
dicunt illam generalem non obstantiaꝝ
non derogare illis priuilegijs/quib⁹ cō
cedentes non reuocassent in spē/de deci
mi.c.ij.in.vj/de offi.uica/c.fi/de pigno.
l.obligatione/uide Ludo.de hijs in.l.si
ꝟo.§.ꝺ uiro.in.xxiij.pricipali falle.ff.so
lu.matri.

Clausula. Ista supplētes oēm
defectum si quis in eo interue
nerit de nostre plenitudie po
testatis apposita i l'ris uel rescriptis/sup
plet omnes defectus preter defectū par
tis supplicātis uel contrahētis/quia illū
non uidetur supplere/dictum est Spe.in
ti.de lega.⁊ refert archi.in.vij. distin.re
nomanēsem.Et de ista clausula habetur
in.c.pastoralis.de re.iu.⁊ in.c.inter dile
ctos.de fide instrōꝝ/et ideo si supplicās
esset spurius excōicatus uel bigamus.ta
lis clausula non tollit istum defectuz.sꝫ
si defectus procedit ex solemnitate iuris
positiui.tal' defectus uigore dicte clausu
le bene tollitur.ut nō.in Spec.in ti.de le
ſumende fictionis ⁊ ſimulatõnis non ap
paret alias ſi apparet. ita preſumeret᷑ fic
tus dictus actus ꝙ ſe conſtituit precario
poſſidere ſicut alius cõtractus. ar. ꝓ hoc
ff. de uſufruc. l. i. Bal. uero in. l. ab anaſta
ſio. C. man. dicit ꝙ ille qui dicit inſtrum̃
tum ſimulatum debet exprimere in qua
parte ſit ſimulatum ⁊ quare ⁊ ſic debꝫ ex
primere modum ſimulationis. nã id qđ
pluribus modis poteſt fieri debet decla
rari per interpretantem. facit quod no.
Inno. in ſimili in. c. licet cauſã. de ꝓbat.
ubi dicit ꝙ intentans uim turbatiuaꝫ de
bet exprimere modos turbationis ſi hoc
aduerſarius declarari petat. ſic hic dico
non enim ſequitur eſt inſtrumentũ ſimu
latum ergo in totum ſimulatuꝫ. facit qđ
no. inſti. de inuti. ſtipu. §. item uerborũ
⁊ dicit ibi Bal. ꝙ donatio ſimulata dici
tur figurata ſeu depicta. extrinſecus eniꝫ
apparet aliqua ⁊ intrĩſecus nõ habꝫ ſub
ſtantiaꝫ. ⁊ dicit. l. ab anaſtaſio. ꝙ ubi cõ
tractus eſt pro parte uerus ⁊ pro parte ſi
mulatus utile per inutile non uiciatur. ⁊
ſic pro parte ualet ⁊ pro parte non. Idẽ
uero Bal. in conſilio quod incipit in dei
nomine amen. in cauſa nicolai đ forcolo
nis. dicit cum ſimulatio poſſit multipli
citer intelligi cuꝫ eius ſpecies ſint plures
⁊ opponens talem exceptionem debꝫ ſpe
cifice ⁊ clare dicere ſpeciem ſimulationiſ
in qua ſe fũdat ut ſic aduerſarius redda
tur certus ⁊ aliter obiciendo ⁊ non đcla
rando eius intentio non eſt certa nec ne
ceſſe concludens ideo nihil releuat ſꝫ ſuc
cumbit hanc ſi eam non oppoſuiſſet cuꝫ
intentio excipiẽtis debeat eſſe certa ſicut
intentio agentis. ut. l. i. §. labeo. ff. đ flu.
⁊ quod no. in. l. ticie teſtatores. in p̃n. de
lega. i. ⁊ quod no. ibi per Bar.

¶ An iuramentum ualidet contractuꝫ ſi
mulatum.

Poſtremo eſt diſcutiendũ an iu
ramentum ualidet contractum
ſimulatum. ⁊ Cy. in. l. emptor.
C. plus ualere ꝙ agit᷑. querendo dicit ſi
quis iurauit non uenire contra cõtractũ
ſimulatum dicit ꝙ glo. dicit ꝙ nihilomi
nus poteſt uenire cõtra. per. l. nõ dubiuꝫ
C. de legi. Et ex hoc colligitur dicit ipſe
ꝙ pena ſimulato contractui adiecta ſi cõ
tra fiat nõ cõmittitur ꝙ proculdubio di
cit ipſe uerum eſt cum in locum reproba
ti ⁊ prohibiti cõtractus qui uere agitur
aliud ſimulat᷑. Bal. uero in dicto cõſilio
in dei nomine amen. in cauſa nicolai de
forcolonis. ſic dicit ꝙ ſi in inſtrumento
interuenit iuramentum. ⁊ ex hoc ſolo ex
cluditur omnis ſimulatio. nam iuramen
tum pro ueritate habet᷑. ut. l. ſed ⁊ ſi poſ
ſeſſori. §. item ſi iurauero. ff. de iureiurã.
⁊ facit omnem preſumi ſolemnitatẽ et ue
re omnia acta. ut. l. cuꝫ pater. §. cũ filijs
matrem. ⁊ quod ibi no. ff. de leg. ij. ⁊ di
cere inſtrumẽtum in quo interuenit iura
mentum poſſit eſſe ſimulatum eſt dicere
ꝙ dictum inſtrumentum eſſet uerũ ꝑ iu
ramentum ut in dictis iuribus. Et ſimu
latum ⁊ ficticiuꝫ ꝙ in ſe omnino cõtinet
repugnãtiã. unde non uidetur hoc ſimul
poſſe ſtare. ſed magis dicendum ẽ ꝙ ue
ritas que habet in ſe plurimum rationiſ
perimat preſumptionem ſimulationis et
ipſa ueritas preualeat. iuxta no. ꝑ me di
cit Bal. in. l. per hanc. C. de tempo. appel
la. in tercio queſito. Jo. cal. in cõſilio ſuo
quod incipit. caſus ſuper quo conſilium
petitur exhiberi talis eſt ſtatuto ciuitatiſ
fauentie cauetur ⁊c̃. dicit ꝙ iuramentum
de iure canonico etiam non ualidat con
tractum ſimulatum nec iuramentũ tollit
ſimulationem. quia in contractu ſimula
to deficiunt illi tres comites qui ſunt ne
ceſſarij in quolibet iuramento. xxij. q. ij.
iurauit. de iureiuran. c. ⁊ ſi xp̃us. de quo
per glo. in auten. hiſdem penis. C. de ſc̃is
nup. Bal. autem in. l. emptione. C. plꝰ ua
lere ꝙ agit᷑. dicit poſt glo. ibi ꝙ contra
ctus ſimulatus non firmatur iuramento
quia iſtud iuramentum non habet cõſen
ſum ⁊ ſic non habet fundamentum. ut. l.
fi. C. de non nu. pe. ꝙ eſt uerũ ſcđm Bal.
ibi ſi contractus fuit ſimulatus. ſecus ſi
uerus licet in fraudem uſurarũ. q̇a tunc
eſſet ſtandum iuramento donec relaxare
tur per epiſcopum. ut extra de iureiurã.
c. i. ſi tamẽ iurans eſt mortuus heres nõ
indiget relaxatione. quia ſpirituale uin
culum iuramenti morte expiratum ẽ. de
iureiu. c. ueritas. per Inno. ⁊ in. c. fi. đ fo
ro compe. in vj. in nouella. ⁊ ideo dico
ſpirituale uinculum dicit Bal. ibi ꝙ ſecꝰ
in temporali ⁊ obligatiuo reſpectu reruꝫ
temporalium. in. c. q̃uis pactum. đ pac.
li. vj. in glo. ordi. Super hoc uero pũcto
recolende memorie dñs Raphael fulgo.
doctor illuſtris conſuluit ⁊ q꞉ plene dixi
eius conſilium de uerbo ad uerbum iſe
ro cuius tenor talis ẽ. Circa uires inſtru
menti de quo agitur ⁊ ipſius executionẽ
petitam tria ſunt examinãda. Primo an

contra executionem petitam obici possit
exceptio simulationis adeo q propt ip
sius obiectum predicta executio differat
donec de uiribus executionis fuerit cog
nitum et decisum .Secundo posito q di
cta simulatō obici possit an aperte fuerit
opposita. Tercio posito q aperte et rite
proposita fuerit an propterea cogendus
sit ipse creditor ad compromittendū cuz
asserto debitore uirtute statuti disponen
tis compromissum fiendum inter affines
Ad primum dicendum est dictum instru
mentum executionem mereri non obstā
te simulationis obiectu. certum est enim
q si dicta simulatio non obiceret execu
tio parata foret. tum propter iuramētuz
appositum quod facit instrumentum me
reri executionem .l.ij. ⁊ ibi Bar. ⁊ docto.
ff. de iureiu. adeo q ibi dicit Bal. q quā
do petitur executio instrumēti in quo iu
ramentum continetur si appelletur talis
executio non suspenditur. licet in senten
tia secus. idem ē dicendum quis dicta si
mulatio obicietur propter specialez clau
sulam uel capitulum in instrumento con
tentum quo apparet debitorem solemni
ter promisisse creditori non opponere ali
quam exceptionem iuris uel facti uel de
fensionem propter quam defectus exacti
onis depositi impediri possit uel differri
⁊ hoc etiam seruare iurauit . Constat au
tem exceptionem simulationis esse saltiz
exceptōnem facti. ut no. Bar. in. l. i. §. de
niq. ff. q ui aut clam. ⁊ Bal. in. l. si nō sor
tem. §. indebituz. ff. de condi. indebi. et
in numero exceptionum non computat
iux no. per glo. in. l. nemo ex hijs. ff. de r
gulis iu. ergo ipsam opponere nō potest
maxime obstante iuramento qd seruādū
est si nec ui aut metu prestituz est ⁊ salua
ri potest sine dispendio salutis eterne. d
iureiuran. c. cuz contingat. et. c. si uero. cū
sy. Et si dicatur talis conuentio general
non nocet ipi debitori . Rndetur q pmo
nocet ac si de ipsa simulatione fuisset fa
cta mentio specialis iuxta no. per Bal. in
l. pacta nouissima. in fi. sui apparatus sm
pe. ⁊ Cy. C. de pactis. preterea hic adest
specialis ⁊ expressa renuntiatio simulatō
nis. ergo ab ipsius obiectu renunciatōis
exclusus est. cum possit quisq suo iure r
nunciare. l. si quis in scribēdo. C. d pac
tis . Restat ad aliqua respondere q alle
gantur in contrarium non obstat primo
per Bal. post Nico. de matta. dicta. i di
cta. l. si ex cautione. C. de non nu. pe. ubi
habetur in effectu q quādo renunciatio
accedit contractui seu obligationi ipe cō
tractus seu obligatio non reddit ppte
rea efficax. quia renuntiatio nō ē modus
faciendi obligationem efficacem. naz qc
quid sit de ratōne predicta respectu eius

ad quod inducitur ibi uidelicet an p ip
sam rationem probetur exceptōni nō nu
merate pecunie posse renunciari. Rndeo
q quandoq dispositio cui apposita ē re
nuntiatio exceptionis nullitatē inferētis
tam apparenter q incidenter est ipso iur
nulla nullam producens actionem ⁊ tūc
uerū est q renunciatio predicta dicte dis
positioni adiecta nil operatur. ⁊ ideo est
quia solum accrescit per moduz cuiusdā
obstaculi .non autem per modum robo
ris aut efficatie tribuendo. unde si in iu
dicio deducitur cum ipsius nullitas sit i
euidenti non erit opus q ei opponat ap
te sed iudex ex se tanq rem sibi notaz ut
iudici poterit ⁊ debebit initi. naz in hijs
que sunt nota iudici ut iudici iudex pōt
de facto supplere . ⁊ presertiz in hijs q pa
tent ex pcessu iuxta no. per glo. l. ubi pa
ctum. C. de transac. ⁊ per Inno. in. c. ex i
sinuatiōe. de appel. ⁊ per Ange. in. l. i. C.
de iudic. p glo. i. l. i. C. ubi ⁊ apud quos
nam cum ista nullitas insit a iure ⁊ appa
rens sit ut supponitur statim repellit agē
tem .ut no. Jo. an. in. c. ut circa. de elect.
in vi. in nouella. ad hoc quod no. glo. in
l. si tutor. C. de peric. tuto. que uult q p
batōnes que ueniunt a legibus sūt liqui
dissime . ⁊ quod no. Bar. in. l. necessarijs
ff. de acqui. here. qui uult q id quod in
ducitur a iure non est necesse q apponat
ab homine. ⁊ quod no. glo. in. l. filiusfa.
§. ueteraui. ff. de procura. facit etiam qd
de inepta actione dicitur .seu intentione
repellenda. ut per Inno. in. c. exaiata. de
iudic. ⁊ in. c. super hijs. de accusat]. circa
prin. Quandoq uero contractus seu dis
positio cui dicta renunciatio accedit est
ipso iure aliqua saltiz apparēter ⁊ ex alio
non ostenso proponentis intentio reddi
tur iure fundata. ⁊ hoc casu renunciatio
predicta multū operat . qm dato q sm
ueritatez ipse contractus sit nullus tamē
quia de apparentibus tm sumit iudiciuz
⁊ que non apparent pro non existentibus
iudicantur. ut .l. in lege. ff. de cōtrahen.
emp. tacente ipso renunciante ⁊ sic nulli
tate occulta stabitur illi ueritati psump
te. l. cum precibus. C. de probat. facit. l.
fi. ⁊ quod ibi no. C. de edicto diui adri
tol. sic est in proposito dicendum cuz in
tentio ipsius deponentis per publicum
instrumentum prolata sit cui standum ē
donec contrarium probetur seu doceat
ut dicta. l. cuz precibus. non ergo pōt di
ci dictam renunciationem in casu pdicto
non teneri .eo q nil possit operari ex de
defectu materie non bene disposite ut di
citur in casu precedēti quia pmo poterit
ut nunc est dictum. Sed aduerte q2 isto
casu hoc non erit tm renunciatio nullita
tis sed etiam renunciatio proponēdi de

nullitate que ut dictum est anteꝗ̃ꝫ proba
tur non presumitur ⁊ quã forte si ei nõ r̃
nunciaret seu potentie ipsã proponendi
foret impossibile probari propter quod
sic renuntians quasi super dubio nullita
tis uideatur trãsigi uidet̃ ꝙ fieri potest
ut.l.post rẽ.⁊ utrobiqꝫ no.ff. de trãsac.
ad hoc optime facit quod no.Bal.in.l.
tale pactum.§.qui prouocauit.ff. ď pac
tis.circa fi.ix.columne.ṽ.ij.quero pone
ꝙ reus dicit sententiaꝫ nullam .ubi uide
⁊ ꝙ idem no.in.l.i.C. plus uale. ꝙ agit̃
in tercio contrario. ꝙ presertim in casu
de quo agitur est dicẽdum propter iura
mentum appositũ ꝙ facit rem ualere om
ni modo quo melius potest. ut.l.cũ pat̃
§.filijs matrẽ.ff.de leg.ij. Et dicit Bal.
ꝙ auxilio nullitatis renunciari põt cũ iu
ramento.l.antique.§. ne auteꝫ mulieres
C.ad uel.quod intelligo quando dispo
sitõ cui accedit saltim est antiqua apparẽ
ter ut dixit Inno.plus dico in renuntiati
one simulationis .hec enim exceptio solũ
potest arguere defectum consensus ꝯtra
hentium apparenter propter ꝓreambulã
conuentionem a qua cum a solo ꝯtrahẽ
tium consensu dependet certum ẽ sequẽ
ti eorundem conuentione recedi posse.l.
ab emptione.ff.de pact.tex.ẽ in.l.pacta
nouissima.C.de pact.sed quomodo põt
clarius ⁊ expressius ꝑ ꝯ̃rium prime cõuẽ
tionis de simulãdo factũ conuentioni ꝗ̃ꝫ
simulationi renuntiando dum subsequẽ
ter contrahitur quid aliud importet re
nunciare simulationi ꝗ̃ꝫ preambule cõuẽ
tionis de simulando pecuniam ostẽdere
⁊ ipsã reuocare ⁊ annullare ⁊ uelle ꝙ dis
positio hec cui accedit uera sit ⁊ nõ simu
lata dicta prima conuentione de simulan
do non obstante non uideo quomõ hec
duo directe sunt contraria presertim qñ
etiam ut dictũ est promissum sit solemni
ter non opponi exceptionem aliquaꝫ uel
defensionem iuris uel facti per quaꝫ exe
cutio predicta differri possit uel impedi
ri i qua promissione ꝗ̃uis generaliter cõ
cepta etiã exceptio simulationis compre
henditur iuxta no.per Bal.in.l.pacta no
uissima.prealle.in fi.ubi uult ipse ꝙ si ꝑ
testatõ preambulã ad consensuꝫ excludẽ
dum facta per contrariũ consensũ sequẽ
teꝫ sublata sit actus ualeat qui gerit̃ ad
hoc.l.si quis.in ꝓ̃n.tex.de leg.iij. cũ sua
materia . Cõclusio itaqꝫ est patens ꝙ po
sito ꝙ i casu de quo agitur precessit pre
ambula conuentio de simulando .q̇a tñ
⁊ generaliter ⁊ specialiter renunciatũ est
simulatõni ⁊ solemniter promissuꝫ ẽ ipsã
non opponi contractus iste non tãtũ dici
debet apparenter uerus sed etiã existent̃
Ex quo sequitur ꝙ absqꝫ metu periurij
liceret debitori hanc exceptionem oppo

nere ⁊ probaretur conuentõnem de simu
lando precessisse non propterea r̃leuaret
excipientem.quia per ipsam renuntiatõꝫ
apparet euidenter a simulatione recessisse
per hoc etiaꝫ infert̃ ꝙ est dare casũ quo
renunciatio simplex exceptionis inferẽs
nullitatem dispositioni cui accedit q̃ ali
ter aliqua fuisset ualidam ⁊ efficacẽ essen
cialiter reddit .sit ratõ quia remotõ ipsi
us exceptionis necessario sui oppositũ in
fert.nam simulatõne remota ab eo ꝙ ge
rit si agitur absqꝫ medio ⁊ necessitati suc
cedit ueritatis exclusio ut patet ad sensũ
⁊ ideo in casu de quo agitur ad liquidi
tatem contractus seu ipsius confirmatio
nem non fuit necessarium iuramentũ .ta
men quia appositum fuit .cum sponte et
ex certa sciẽtia prestitum probat̃ ⁊ salua
ri possit absqꝫ dispendio salutis eterne
non uideo quare salua opinione iurãtis
ab ipso resiliri possit ⁊ quin alias penas
incurrat .de quibus in.l.si q̇s maior.C.
de transact.Apparet etiaꝫ per predicta ꝙ
no.per Cy.et Bal.in.l.in contractib⁹.C.
de non nu.pe.propositum non attingũt
illa enim sub alijs traditionibus iuris re
gulantur.naꝫ ideo ibi exceptio ex forma
statuti non habet locum quia preceptuꝫ
de quo ibi agitur emanauit in contrariũ
confessionis morbo affecte seu onere ex
ceptionis.unde nimirũ si cessare debꝫ ex
ecutõ que pendet a precepto ꝙ debet es
se illius conditionis ⁊ censure cuius suuꝫ
antecedens .sed si preceptũ illud in cõtẽ
cioso iudicio emanasset ⁊ sic nõ in conse
quentiam sed principaliter secus esset qꝛ
tunc nõ compatibiliter .sed aduersatiue
⁊ oppositiue ipi exceptioni ueniret ut ibi
ꝑ eosdẽ no. Cum ita ad propositũ renũ
ciatio simulationis non in consequentiã
nec incompatibiliter accessit illi conuen
tioni sed simulando allegate sed remoti
ue ad conflictum ipsius si qua forte pre
cessit Et ad omne dubium remouenduꝫ
⁊ clare ostendendum ꝙ in contractu qui
tunc gerebatur nulla fictio aut simulatõ
intercedebat ut superius ostensũ ẽ simili
ter dicendum per ipsius exceptionis ob
iectum executionem predictam nõ impe
diri ut nunc de precepti executõne dictũ
est.non obstat quod no.in.l.iij.C.plus
ualere ꝙ agit̃. ubi habetur ꝙ contract⁹
simulatus non firmatur iuramento quia
cum presumatur ibi contractum nullum
ex defectu consensus propter precedentẽ
conuentionem de simulando que nõ pre
supponitur reuocata tacite uel expresse.si
militer ⁊ ipsi iuramento cõsensus abesse
intelligitur quo ad obseruationem illius
facti contractus.qm̃ intelligitur iurari ď
obseruando contractum in sua forma.i.
eo modo quo ipi contrahentes cẽsuerũt

Et quia contractus dici nō potest a quo
remouetur consensus sed ille cui interest
consensus.l.i.ff. de pact.⁊.l.i.§. si cōue
niat.ff.depositi.perinde est iurare serua
re contractum simulatum ac si iuraretur
seruari nihil.unde puto referre qualiter
iuretur .uidelicet an iuramentum se refe
rat ad contractum puta iuro seruare con
tractum .⁊ locuꝫ habeant supradicta ⁊ q̄
no.in dicta.l.iij.an referat se ad uerba ut
quia dicatur iuro ea que dixi nunc serua
re .quia tunc tenebitur seruare iurās qđ
uerboruꝫ prolatoꝝ significatō importat
non autem quod inter partes sensituꝫ ē
cum constat aliud esse uerba ⁊ aliud par
tium consensus.nam ⁊ alias refert quali
ter concipiatur iuramentum. ut.l.si duo
patroni.§.idem iulianus .⁊ ibi no.ff.de
iureiu.⁊ no.Cy.in.l.si ex cautione. in ter
cia questione.C.de non nu.pe.Bal.in.l.
ij.C.de rescin.uen.ꝟ.illud.⁊ idem dicen
dum si in instrumēto contineretur ꝙ de
bitor iurauit seruare scripta ī ipso instru
mento referendo se ad scripturam nō ad
ipsum contractum seu consensus partiuꝫ
ut fuerit in casu de quo agitur.naꝫ dicit
in instrumento ꝙ ipe depositarius dixit
omnia suprascripta ac infrascripta uera
esse ⁊ fuisse .⁊ promisit ipsa attendere et
obseruare ergo per predicta ꝙuis cōtra
ctus ipse simulatus fuisset obligatus erit
uirtute iuramenti seruare id qđ ipa litte
rarum figura significat . multum eniꝫ re
fert inter consensuꝫ ⁊ scripturam ut supe
rius dictuꝫ est de uerbis ⁊ consensu.facit
quod no.in.l.non figura.ff. de act.⁊ ob
li.ad hoc facit optime .quia iuramentuꝫ
debet seruari in forma specifica ut condi
tio.de iureiurā.c.ad nostram.⁊ no.Bar.
in.l.amplius.ff. rem ra.ha. ⁊ sic potius
factum respicit ꝙ iuris dispositioneꝫ.ut
l.qui heredi.in p̄n.ff. de condi.⁊ demō.
⁊.l.meuius.eo.ti.Iteꝫ in casu nostro spe
cialiter simulationi renuntiatum ē cuꝫ iu
ramento.sed in dicta.l.iij.secus. Ex pre
dictis etiam infero ꝙ cum depositarius
predictus promisit non opponere aliquā
exceptionem seu defensionem iuris uł fa
cti.⁊ sic ad factum suum retulit nō ad cō
tractum seu consensum ut est dictum.po
sito etiam ꝙ contractus etiā principalit
simulatus esset nec iuramento confirma
retur nec renuntiatione nihilominus ipa
simulatio opponi non poterit.stant enim
simul hec.contractum simulatū ⁊ nulluꝫ
esse ⁊ exceptionem simulationis obstāte
iuramento opponi nō posse .casus est in
c.debitores.de iureiu.de pigno.c.signifi
cante.no.Bar.in.l.si quis pro eo.ff.de fi
deius.in p̄n.Et per predicta etiā apparēt
clarissime no.per Bar.in.l.sepus ⁊ augeri
us.ff.ad.l.fal.⁊.C.de execu.rei iudica.⁊

alia allegata contra executionem dicti in
strumenti impertinenter allegata. Et ut
detur breuis conclusio dic ꝙ cōtra dictū
instrumentum seu executionem petitam
frustra opponitur simulatio dicta que ex
ecutionem per ipsam exceptionem nullo
modo differri posset uł impediri .Ad se
cundum aduertendum est ꝙ simulatōis
multe sunt species ⁊ diuersorū effectuuꝫ
ut habetur.C.plus ualere ꝙ agit᷑.ꝑ totū
⁊ plene per Bal.in.l.i.eo.ti.⁊ in.l.si non
sortem.§.indebitū.de condi.indebi.ff.
⁊ in.l.cum precibus.C.ꝺ proba.⁊ habe
tur etiam in.l.ꝙuis.⁊.in.l.cum te. ⁊.i.l.
multum interest.C.si quis alteri uel sibi
⁊ in multis alijs iuribꝰ . Et inter ceteras
species quedam ē que tm̄ simulatur ⁊ ni
hil agitur.ut.l.nuda.ff.de ꝯtrahē. emp.
⁊ no.ī.l.ymaginaria.ff.ꝺ reg.iu.Quedā
in q̄ aliquid agitur ⁊ aliquid simulat᷑.et
in hac specie quandoqꝫ quod uere agit᷑
concernit fauorem dantis seu tradentis
ut cum agitur de deponendo ⁊ donatio
simulatur ⁊ in hac specie quādoqꝫ quod
uere agitur concernit fauorem recipiētis
ut si uere donatur ⁊ posituꝫ simulatur
iuxta no.in.l.cum manu sata.§.fi.ff. de
contrahen.emp.hoc presupposito uidet᷑
dicendum nisi simulatio proponatur in
specie sua non releuat proponentem. Ex
ceptio enim debet clare specificeqꝫ ꝓpo
ni alias non proderet.tex.est in.c.pia. ꝺ
de excep.li.vj. ⁊ in glo. super ꝟbo speciē
no.etiam glo.in.c.pastoralis.de ℞ptis.
⁊ in spec.in ti.predicto.§.nūc uidenduꝫ
ꝟ.sed illud.facit.l.ticie testatores.et qđ
ibi no.per docto.de leg.i. ad hoc etiam
quod no.Io.an.in.c.presentium.de testi
bus.li.vj.in nouella.in exceptionibus fi
endis contra testes. ⁊ ratio est ꝙ quēad
modum actio aperte ⁊ concludenter pro
ponenda est.ut.l.labeo.§.i.ff.de flumi.
⁊ no.Bar.in.l.i.et.ij.ff.ꝺ excep. Si uero
simpliciter non designata specie proposi
ta fuit in casu de quo agitur ut factuꝫ fu
isse asseritur.cuꝫ multe sint species diuer
sorum effectuum .dicendum uidet᷑ talis
sic proponentis intentionem non proce
dere .⁊ sic in terminis istis de facto cōsu
luit Bar.in cōsilio quod incipit .petrus
nicolai.Sed forsitan uidetur mihi distig
uendum .ꝙ aut proponens simulationē
simul asserit aliquid uere actum simplici
ter .⁊ procedant predicta rationibus an
te dictis .aut solum dicitur contractum
de quo agitur simulatum .nec dicit uere
actum fuisse.⁊ ista simulationis exceptio
procedat tanꝙ comprehendēs solū istaꝫ
speciem simulationis .alias in tm̄ ꝙtum
simulat᷑ ⁊ nihil agitur de qua superiꝰ di
ctum est quam tamen speciem uerba ap
ta sunt comprehendere.nam in articulis

⁊ exceptionibus formandis multuꝫ spec
tari debent uerba . ⁊ ideo cauti debēt es
se aduocati ⁊ procuratores .q̇a ex parua
uerborum mutatione magnus quādoqꝫ
mutatur effectus.iij.q.vij.in grauibus.
ad hoc optime quod no.glo.de statu re
gula.c.i.in.v̇. absqꝫ periuria.⁊ Io. an.in
c.i.⁊.ij.de homici.in.vj.in nouella.Bal.
in.l.si quis non dicaꝫ rapere.de epi.⁊ cle
ri.sic itaqꝫ ipsam exceptionem tenenduꝫ
est rite propositā ratione predicta de ne
cessitate infertur pecuniam traditam per
ipsum deponentem penes ipsum excipiē
tem residere ⁊ sine causa quia data ꝙ cā
simulata dici possit non tamē numeratō
quā factā realiter ipsum instrumentum
attestatur nisi ⁊ instrumentum de falsita
te arguatur. ⁊ hoc presupposito satis di
cendum erit promissionē de restituendo
simulatam non intelligi quia ⁊ absqꝫ ipa
dicta pecunia stans uendicari posste. q̇a
nuda traditione dominiū non transfert̃
l.nunq̄ꝫ nuda.ff.de acquir.re.do.que.l.
potest exemplificari per id quod no .in
l.triticū .ff.de uer.obli.in glo.ar.l.nam
⁊ si fur.ff.si cer.pe. Et si dubitaretur an
tradēs fuisset dominus .⁊ sic an pro stan
tibus rei uendicatio competeret saltem
ad auocandā possessionē daretur cōditō
.l.indebiti.§.si nummi.ff.de cōdit.ide.
Ad terciuꝫ presupponendo apte ⁊ rite ꝓ
positam fuisse dictam simulatōnē an cre
ditor possit inuitus cogi ad compromit
tendum uirtute statuti predicti.⁊ breuiṫ
dicendum est ꝙ non. nam electi ex neces
sitate imposita per legem ueri iudices ⁊
non arbitri seu arbitratores sunt.l.i.C.ḋ
arbi.licet aliquibus nō placeat hoc. sed
dicunt .ꝙ quandoqꝫ iudex iubet eligi ar
bitros ⁊ dari a iudice ⁊ sunt iudices ḋle
gati.⁊ ita dicunt debere intelligi.l.aptis
simi.⁊ dictā.l.fi.C. de iudic]. quandoqꝫ
lex artat in amicū compromitti ⁊ hec est
transactio.ut no.in auten.ut differentes
iudices.§.i. unde dicitur tunc compelli
ad transigēdum .⁊ sic arbitri seu arbitra
tores erunt ⁊ non iudices. quoꝝ opinio
non est uera quia arbiter de quibus i di
ctis legibus non datur a iudice sed tm̄ a
partibus eligitur iussu legis qui iussꝰ da
to ꝙ a partibus eligantur facit eos iudi
ces esse .unde refert an sponte eligant̃ a
partibus ⁊ sunt arbitri seu arbitratores
iuxta no.in dicto.§.i. an legis precepto
⁊ tunc sunt iudices .nam dato ꝙ a parti
bus eligantur tamen a lege auctoritatem
iudicandi ⁊ cognoscendi recipiunt. ⁊ ita
loq̇tur dicta .l.apertissimi.⁊ dicta .l.fi.
⁊ ita ibi tenet Barto.⁊ Baldꝰ. ⁊ per Bar.
in.l.i.ff.a qui.ap.non li.⁊ ita tenetur cō
muniter modo cum in casu istius executi
onis principaliter disceptet̃ de uiribus
iuramenti prestiti per dictum debitoreꝫ
de quo an fuerit prestitum non dubitat̃
quia instrumentum attestatur de ipso ⁊
sic inter dictas partes disceptatur an ser
uandum sit constat huiusmodi cognitio
nem ad eligēdos uirtute dicti statuti ut
ad seculares iudices pertinere non posse
sed soluꝫ ad ecclesiasticum tanq̄ꝫ de spiri
tuali re .de elect.c.uenerabileꝫ.⁊ no.Io.
an.in.c.fi.de foro compe.in.vj.i nouella
ergo non potest cogi ad cōpromittendū
quia iudices eligendi nō forent talis no
tionis capaces nec etiam statutuꝫ possit
facere hoc etiam si expresse hoc dictaret
ut in.c.ecclesie sancte marie.de constitu.
solum enim ad iudiceꝫ secularem spectat
facti questio .s.an iuratum sit ⁊ cognito
iuratum esse iuramentuꝫ exequi tenetur.
ut in.c.licet.de iureiu.in.vj. ad hoc qḋ
no.Bal.de rescin.uen.l.ij.v̇.⁊ nota. ⁊ ꝙ
de usurarum questōne dicitur.in.l.ticia
ff.so.ma.per Bar. ⁊ docto.in.l.omni no
uatione cessante.C.de sacrosanc.ec.⁊ i.l.
quotiens.C.de iudic. ⁊ utrobiqꝫ ꝑ Bal.
⁊ quod legitur ⁊ no.in.l.tuam. de ordie
cog.qui filij sint legiti.c.lator.cū sp.huic
tamen disputationi locus non uidet̃ .qꝛ
ut fertur ecclesiasticus iudex ꝑ hunc cre
ditorem adhibitus iam ipsi debitori pre
cepit ut iuramentū obseruaret sub pena
⁊c.⁊ sic dubium istud cognitū ⁊ decisuꝫ
est non autē cognoscendum uel deciden
dum etiam per uiam cōpromissi. ut no.
in.l.post reꝫ.ff.de transact.per Bar.⁊ do
cto.¶ Postremo qꝛ etiam error opponit̃
qui exceptioni simulationis aduersatur
quia simulatio presupponit contractum
istum ex certa scientia sic inhibitū fuisse
nam si uerum fuit conuentionem preces
sisse de simulando ergo contractus simu
latus subordinatus fuit conuentioni pre
cedenti ⁊ sic non erratur .sed scienṫ fuit
celebratus ergo tanq̄ꝫ icompatibilia non
possunt concurrere nec admitti.l.i.C.de
furtis. nec obstat ꝙ exceptiones, etiam
contrarie simul opponi possunt. ut habe
tur per Dy.in regula.nullus pluribus.ḋ
reg.iu.in.vj.et per glo.in.c. cū dilectus
de religio.domi.et i.l.nemo.ff.ḋ excep.
et in.l.nemo ex hiis.ff.de regu.iu.quia ē
uerum quando una exceptō pure propo
nitur et alia sub conditione ſm Dy.i.d.
regula nullus.sed glo.in dicta.l.nemo ex
hiis,indistincte admittit ꝯrias exceptio
nes .idem glo.in dicto.c.nullus. pret̃q̄ꝫ
in casibus a iure prohibitis. Bar.i dicta
l.nemo.de excep.sentit contra Dy. glo.
uero in dicto.c.cum dilectus. distinguit
inter contrarias et compatibiles ut com
patibiles simul et eodem tempore ꝓpo
ni possunt .contrarie uero tantū successi
ue. unde postq̄ꝫ a prima exclusus fuerit

poterit scđam cõtrariam ꝓponere. ⁊ idẽ
tenet in. c. pastoralis. de excep. pro opp.
Dy. facit. l. si quidem. C. de excep. Item
respondet ꝙ allegans contraria repellit᷑
ut dicta. l. i. ⁊. c. sollicitudinez. in fi. ꝺ ap
pel. nõ obstat. l. nemo prohibetur. quia
loquitur de diuersis non de cõtrarijs nõ
obstat. l. nemo ex hijs. que uult ꝙ possit
negans uti alia exceptione seu defensiõe
quia intelligendo diuersa erit non cõtra
ria. ⁊ eodem modo intelligi potest. c. nul
lus. satis equa uidetur opi. Bar. ꝫm quaz
allegans contraria est repellendus scđm
opi. Dy. Sed posito ꝙ opi. Ja. ⁊ Jo. an.
procedat. tamẽ in casu de quo agit᷑ non
debet habere locum per iuramenti religi
onem que diuini iuris cuius executõ ꝓp
ter subtiles ⁊ calũniosas exceptiones im
pediri non debet. cuz de mera ⁊ plena ue
ritate agatur. ar. c. cum dilecti. ꝺ accusa.
de facili enim tales exceptiones proponẽ
do quis posset periurium incurrere ⁊ sic
peccaret mortaliter. occurrẽdum est per
iudicem ipsas taliter oppositas repellen
do. ar. optimũ i. l. pe. C. ad trebel. ibi ne
dum nimia. ⁊c. et dicit Jo. an. ꝙ iudex ꝑ
nitiose subtilitati debet occurrere. in. c.
cum contingat. de offi. delega. no. glo. in
c. sepe. de resti. spo. si aduersantur uel nõ
ad inuicem hee due exceptões ul᷑ simul
possunt proponi uel non. dicendũ est ꝙ
in casu isto non ẽ admittẽda erroris alle
gatio quia expresse dicitur in instrumen
to ipsum debitorem asseruisse se ex certa
scientia ⁊ non per errorem contrahere q̃
uerba ꝗuis narratiua sibi preiudicant. l.
optimam. C. de contrahen. ⁊ cõmitt. sti.
⁊ no. per Inno. in. c. cum in iure. de offi.
dele. adhuc quia si ĩ priuilegio principis
continetur ipsum principem ex certa sci
entia aliquid concedere remouet᷑ esse cõ
trarium. ut habetur in. l. idem ulpianus
ff. de excu. tu. ⁊. l. quidam consulebãt. ff.
de re iudi. ⁊ per Bal. in. l. pe. C. senten. re
scin. non pos. facit quod no. in. l. sed et si
quis. §. fi. ff. si quis cau. ⁊ i. l. si diuortio
ff. de uer. ob. Est etiam in notione iudicis
qualis ẽ allegans errorem. nam si diligẽs
⁊ studiosꝰ homo est maior etate ⁊ exper
tus in talibus aut maioribus. aut scienti
ficus maxime in facultate legali. ⁊ q̃ ueri
simile debet scire errantibus cõsulere. ip
sum sic allegantem non debet admittere
ut. l. i. C. qui ⁊ aduer. quos. facit. l. cũ de
indebito. ff. de proba. ¶ Et ex predictis
euidentissime apparet executionem dicti
instrumenti ꝑter erroris allegati. aut nul
lo modo impediri aut differri posse. Ra
phael fulgo. Jo. autem de ymola in l. ne
mo põt. de leg. i. dicit sic. in eo ꝙ do. Bar
to. dicit in. l. nemo potest. de leg. i. de re
nunciatione exceptionis simulationis di

cit idem Jo. ꝙ hoc procedit quando nõ
est in renunciatione iuramentũ appositũ
⁊ idem quando ẽ appositum sed simplici
ter est iuratũ non cõtrauenire ꝫm mentẽ
contrahentium. ar. l. fi. C. de non nu. pe.
⁊ no. per eundem Bar. in. l. si quis ꝓ eo
ff. de fideius. secus autem si partes iuras
sent predicta omnia uera esse. ⁊ in nullo
contrafacere uel uenire. ⁊ tunc ꝑ iuramẽ
tum non uidetur allegari posse simulatõ
ut uidetur etiaz uoluisse Bar. in alle. l. fi.
in fi. nisi forte prius super hoc obtineat᷑
absolutio. ar. c. debitores. de iureiu. Idẽ
uero Jo. de ymola. in. c. ad nostraz. ꝺ ẽp.
⁊ uen. idem dicit ubi dicit sic. ¶ An aũt
iuramentum super cõtractu simulato im
pediat dici de simulatione. glo. in. l. iij.
C. plus ualere ꝙ agitur. uidetur uelle ꝙ
non ⁊ idem dñs flo. ⁊ idem dñs pe. i. d.
c. ad nostram. quia cum deficiat cõsensꝰ
in contractu simulato non extenditur ad
iuramentum ad ipsuz per id quod habe
tur in. l. fi. C. de non nu. pe. quod uidet᷑
intelligendum nisi expresse fuisset iuratũ
omnia ⁊ singula contenta in instrumẽto
uera esse quia tunc allegando simulatiõz
ueniret contra iuramentum. secus quan
do simpliciter iurasset non contrauenire
facit quod no. Barto. in dicta. l. fi. ⁊ dñs
An. de bu. in. c. cum cõtingat. de iureiur.
circa fi. ⁊ ibi uide. ymol᷑. dixit etiaz idez
dñs flo. in dicto. c. ad nostraz. alle. ꝙ li
cet in instrumẽto sit renunciatũ omnibꝰ
exceptionibus competentibus ꝙ nihilo
minus poterit opponi exceptio simulati
onis quia talis renunciatio censetur etiã
simulata. ut no. Bar. in. l. nemo põt. de le
gat. i. ⁊ hoc quando fuit facta in ipso in
strumento. secus si ex interuallo post in
strumentuz. ar. l. ij. C. ꝙ metus cã. ⁊ no.
Bar. in dicta. l. nemo potest. ⁊ dicit bar.
in dicto consilio alle. petrus nicolai. ꝙ si
quis renunciat in instrumento exceptio
ni simulationis ⁊ apparentie facti ꝺctus
ꝙ dicta renunciatio hoc operat᷑ quia de
clarat intentionem suam quia non inten
dit dicere istum contractum esse ficticiũ
simulatum uel ad apparentiam factũ sed
hoc non obstante si appareant legitie cãe
probationis ⁊ indicia tunc eadem ratõe
qua substantia contractus probaretur si
mulata eadem ratione ⁊ renunciatio. ar.
ff. de noua. l. doli. §. diuersum. ꝑ easdez
rationes potest dici facta donatio licz fu
erit omnium bonoruz. ⁊ sic no. ff. que in
frau. cre. l. lutius. ¶ Sed quid si statutũ
dicit ꝙ cõtra instrumentum confessiona
tum non possit aliqua defẽsio seu excep
tio nisi solutiõis falsitatis uel pacti ⁊ nul
la alia nunquid poterit opponi exceptio
simulationis dicit ꝙ nõ. Bar. in. l. i. ff. ꝙ
ui aut clã. quia instrumẽtũ ẽ instrumẽtũ

licet contractus sit simulatus . Tu dic di
cit Bal.in.l.i.C.plus ualere ꝙ agitur.ꝙ
aut ẽ simulatio probata per presumptio
nem iuris ⁊ de iure . ⁊ pót opponi.ut.C.
de dona.ante nup.autent.sed iam neces
se. aut est simulatio probanda ⁊ tunc re
fert .aut obicitur cõtractui ⁊ non potest
opponi.aut obicitur rogito notarij quia
dicit ꝙ rogitus fuit simulatus tũc dicit
Bal.ꝙ potest opponi.dicẽdo enim ꝙ no
tarius fuit simulate rogatus .quia finxe
runt se rogare cum non intenderẽt roga
re dicendo ꝙ testes fuerunt simulate ad
hibiti per hoc dicitur ꝙ instrumentũ nõ
est instrumẽtum .quia deficit substantia
instrumentaria idest rogitus.ut in autẽ.
de tabel.§.nos aũt. ideo salua ueritate
que semper debet esse in proponente uł
opponente.respice modum excipiendi et
diligenter no.Et scd̃m Bal.in Rica.C.de
posi. exceptio simulationis tunc obstat
quando in ueritate nihil agebat̃ uel age
batur aliquid inualidum seu turpe.sec⁹
si in ueritate aliquid agebatur ĩ quo po
terat fundari obligatõis substantia licet
traderet in speciem alterius contractus.
tex.est no.in.l.lutius ticius cũ heres.ff.
deposi.unde si quis mihi debet.x.ex cau
sa dotis uel uenditionis qui ꝓmittit mi
hi soluere ex causa depositi .dũ ego repe
to .si ille opponit ꝙ illud depositum ẽ si
mulatum non procedit exceptio .per.l.
si ex precio.C.si cer.pe. unde dicit Bar.
in.l.lutius.ff.depo.alle.ꝙ quãdoq; agit̃
aliq̃d simulate ⁊ tamen in ueritate nihil
agitur .⁊ tunc sine dubio nõ ualet quod
agitur nec quod simulate concipitur.ut
C.plus ualere ꝙ agitur. Quandoq; unũ
agitur ⁊ aliud agi simulatur .⁊ tunc quã
doq; illud quod agitur in ueritate ẽ de
iure ualidum .tunc illud quod agi simu
latur ualet quia unus contractus trãsfer
tur in aliuz.ut no.in.l.lutius.alleg. ⁊ i.l.
singularia.ff.si cer.pe.⁊ in.l.si ex p̃cio.C.
si cer.pe. Quandoq; illud quod agitur
nullo modo est ualidum ⁊ tunc nõ ualet
quod simulate concipitur.ut.l.i.C.ď cõ
di.ob tur.cau. Quandoq; illud qď agit̃
est inualidum eo modo quo agit̃ sed ua
lidum certo modo.ut dicta.l.lutius.ubi
non ualebat dotis constitutio que in ue
ritate agebatur .sed obligatur recipiens
ad restituendum conditione sine causa
ut.C.de condi.sine causa.l.i.⁊.ff.de con
dit.sine cau.l.auunculo.⁊ tunc ualet qď
simulate concipitur.ut dicta.l.lutius.et
illa obligatio que nascebatur preter pro
positum contrahentium transfert̃ ĩ actõ
nez depositi.ut dicta.l.lutius.in q̃ habe
tis ut alias dixi dicit Bar. ibi ꝙ exceptõ
simulationis tunc obstat quando in ueri
tate nihil agebatur uel agebatur aliquid
inualidum seu turpe.secus si in ueritate;
aliquid agebatur licet cederet in specie
alterius obligationis . Et si querit̃ q̃to
tempore durat exceptio simulatõnis. dic
ſm Bal.in.l.i.C.plus ualere ꝙ agit̃. aut
succedit loco exceptionis nõ nu.pe. ⁊ tã
tum durat exceptio simulationis q̃tum
durat exceptio non nu.pe.C. de postu.
l.si sub specie .aut competit ex alia equi
tate ⁊ tunc perpetuo.ff.de doli excep.l.
pure.§.fi.Et si queratur an exceptõni si
mulationis possit renunciari ex predictis
responsum est.Sed an ex contractu simu
lato trãseat possessio. dic scd̃m Bal.in.l.
emptione.C. plus ualere ꝙ agit̃. ꝙ aut
loqueris de ciuili translatione .puta per
precarium ⁊ non transfertur .quia cuz si
mulans remaneat dominus ut prius rei
sue non tenet precariuz.ut.ff. de re.iu.l.
neq; pignus . aut loquimur de naturali
traditione.⁊ tunc bar. distinguit. aut ꝓ
batur animus transferende possessionis
⁊ transfertur ex contractu etiã inutili.ut
ff.de acqui.pos.l.i.§.si uir uxori.sed in
dubio non presumitur animus possessio
nis transferende exquo contractus est si
mulatus ⁊ sic etiam traditio presumitur
simulata.ſm bar.q̇ ita no. de aqua plu.
ar.l.emptio. Credo dicit bal.ꝙ si ď pos
sessione discessit .⁊ alium in possessione
dimisit ꝙ iste sit modus possessiois trãs
ferende.ar.ff.de dolo.l.cum quis. ⁊.l.fi
stulas.§.i.ff.de contrahen.emp.ergo se
cus si in rei ueritate non discessit de pos
sessione. ⁊ uide bal.in.l.quidam cũ filiũ
ff.de here.insti.Ultimo saly.in.l.emptõ
ne.plus ualer̃.dicit ꝙ ex contractu simu
lato pena non committitur quia ẽ null⁹
propter consensus defectum . ⁊ idẽ saly.
in.l.i.eo.ti.dicit ꝙ si unus contrahẽtiuz
simulat ꝙ non simulans potest dicere cõ
tractum ualere quãdo lex contractui nõ
resistit.l.elegant̃.in p̃n.de dolo. ⁊.l.iuli
anus.§.si quis.de act.empt.secus si resi
stat cõtractui simulato .l.a diuo pio.ubi
glo. ď re iudi.

Clausula. Non ui non
metu.habet duas p̃tes.
unam ui.aliam metu.In
ista clausula de ui quo
ad primam partem mo
dica dicentur quia in clausula spoliatus
ante omnia est restituẽdus.latissime om
nia dicentur.Et dixit bar.in.l. extat.ff.
ꝙ me.cau.post glo.ꝙ quinq; sũt genera
uiolentiarum. Est enim quedam uiolen
tia expulsiua.⁊ ista non habet consensuz
expulsi ⁊ hec punitur per interdictuz un
de ui.ut.ff.de ui ⁊ ui ar.per totum .Est
quedam alia uiolentia que uocat̃ turba
tiua ⁊ ista habet locum tam in re mobili

De vi vide in ... spoliatus

expulsiua

turbatiua

violentia: Expulsiua, turbatiua, inquietatiua, ablatiua, compulsiua

ꝙ immobili ⁊ cōtra eam subuenitur per
interdictum uti possidetis. Sed ē aduer
tendum ꝙ pro hac uiolentia non reperi
tur prodita aliqua publica accusatio cri
minalis.ut.l.si seruus.ff.ꝺ act.⁊ ob.⁊.l.
hoc iure.ff.de reg.iu.⁊ ibi per Ja.ꝺ are.
est tamen prodita actio iniuriarum ciui
lis uel accusatio iniuriarum que priuata
est.ff.de iureiuran.l.sane si maris.⁊ uide
Bal.sup hoc in sua questione quaȝ dispu
tauit que incipit accusatus de ui turbati
ua.⁊ ibi uide.Est ⁊ tercia uiolentia que
uocatur inquietatiua.ut quando tu edi
ficas in meo ul' aliquid facis. ⁊ hec uiolē
tia punitur per interdictum ꝙ ui aut clā
⁊ pōt esse/ꝙ hec uiolentia habeat consen
sum eius cui infertur.ut.l.metū.§.ij.ff.
ꝙ me.cau.Est et quarta uiolētia que uo
catur ablatiua.⁊ ista habet locum solum
in rebus mobilibus nec habet uolūtatē
eius cui auferuntur. ⁊ pro ista est prodi
ta actō ui bonoꝝ raptorū.⁊ cōpetit etiā
accusatio.l.iul.de ui. Est quinta uiolen
tia que uocatur compulsiua.ut quando
per uim aliquis cogitur consentire ⁊ uel
le ⁊ de ista loquitur totus titulus ꝙ me.
cau.C.⁊.ff.Sunt enim iura alia puniētia
uiolentias quedaȝ pretoria ut interdictū
ne uis fiat ei.⁊ multa alia interdicta pro
hibitoria. Et sunt etiam quedam iura ci
uilia que puniunt uiolentias de quibus
glo. mentionem facit in dicta.l. extat.et
Goffre.omnes illas constitutiones com
mētauit circa fi.libelli sui.⁊ idē ꝙ Bar.
dicit Hosti.in summa ꝙ me.cau.§. qua
liter distiguitur.⁊ idē dicit Bar.qꝺ Bal.
¶ Transeamus ad aliam partem ꝺ metu
⁊ dicit Hosti.in summa in ti.ꝙ me.cau.
§. quid si metus. ꝙ metus est instantis
uel futuri periculi causa metui trepidatō
ff.ꝙ me.cau.l.i.Exigitur aūt ꝙ met⁹ sit
presens licet futurū periculum.ff.ꝙ me.
cau.l.metum.Bar.dicit tamen ibi in.d.
l.metuȝ. ꝙ instans metus non accipitur
simpliciter put uere est de presenti. sed
qn̄ res ad hoc uerisimiliter tendit.⁊ dici
tur metus quasi mentem.s.liberā tenens
idest retinens seu impediens.nam qui ti
morem habet non quod ore semper exp̄
mit mente gerit.Bal.uero in.l.hijs q̊.C.
de hijs qui per metū iudi.non ap. dicit
ꝙ metus est tractio mentis per quā usus
liberi arbitrij arcetur. ⁊ intantum uiciet
electionem prelatorum ꝙ superior electi
onem uulneratam perseuerante uulnere
⁊ morbo ipsius cū radix ipsius sit putan
da ⁊ medicine fomenta non sentiat cōfir
mare non potest/quia talis electio ē con
tra ius naturale ꝭm Inno. unde cū talis
electio quia uis ē illata uere/non cōuales
cit.facit quod no.in.c.dudum. de reb⁹
eccle.non ali.ut extra de elect.c.in causis

per Ber. Considerat ꝙ qui confirmat fa
ctum per metuȝ potius confirmat dissen
sum ꝙ̄ assensum idest confirmat ipm dis
sentire quia dissensus in metu potior est
consensu ⁊ p̄ualet a predominio ⁊ poten
tia.ut no.i.l.debitor.ff.ad trebel.porro
iudicamus actum ꝭm preualentiam.ff.ꝺ
dona.inter ui.⁊ ux.l.si sponsus.§.circa.
⁊.l.querit.ff.de statu.ho.⁊ dicit Hosti.
in summa ꝙ metus cau.in.§.qualit. ꝙ
metus est dupliciter probabilis ⁊ impro
babilis ⁊ fuerunt dicta Azo.in sūma eo.
ti.ꝙ metus cā. Probabilis est ut metus
carceris ⁊ status mortis/cruciatus corpo
ris uerberū strupi.tales eniȝ metus cadēt
in constantem uirum.ut.l.isti quidē.ff.
ꝙ me.cā.C.de transacti.l.interpositas.
unde iustus metus ē timere subuersionē
sui status uel strupum in se uel filios ul'
uerbera uel cruciatuȝ corporis uel uincu
la.ut.l.nec timorem.ff.ꝙ metus cā. Iteȝ
metus iudicis.ij.q.i.imprimis.C.ꝙ me.
cā.l.pe.⁊ fi. Item metus uerberuȝ.xxiiij.
q.uiij.conuenior.Item metus honerāde
libertatis.ff.quaꝝ re.acti.nō da.l.i.§.q̄
honerande. Item metus ne honor impe
diatur seu beneficiū.de institu.c.cum ue
nissent.Itē carceris uel uincula.ff.ꝙ me.
cau.l.isti quidem.Item metus rerum est
iustus metus.ut in.c.abbas. ꝙ me. cau.
.l. dis.presbiteros.quod intellige de dā
no graui puta omnium bonorū ul' maio
ris partis.ff.de excu.tu.l.propter litem.
quia scōm eundem Hosti.in summa i ti.
de procurat.in.§.in qua re.v.⁊ ꝙ dixit
āmissio rerum altera mors est. unde dici
tur ꝙ non est subueniendum in necē suā
ff.de mino.l.in cause.la prima.modicuȝ
auteȝ damnum non excusat.xxxij.q.vij.
c.omnes.⁊ melius ꝭm Hosti.in dicto.c.
qualiter.alle. metus damni excusat i da
to uel promisso. nam ⁊ datum repetitur
⁊ promissum non soluitur.exigit' ⁊ remis
suȝ sed non excusat in commisso.s.i pec
cato mortali.quia potius debemus om
nia mala tollerare.ut in.c.fratris.ꝙ me.
cā.scōm Goffre. Item metus excōmuni
cationis.nam excōmunicatio cōtinet cor
poris ⁊ anime detrimentum.ij.q.i.ꝺ ma
nifesta.xij.q.iij.audi.⁊ per ipam subuer
titur status hominis quia de corpore ec
clesie eicitur ⁊ traditur sathane ut ibi.⁊
est eterne mortis damnatio.xj.q.iij.nēo
unde timenda est sicut mors. Sed cōtra
quia medicinalis est non mortal'.ij.q.i.
dixit Goffre.ꝙ metus excōmunicatōnis
nō excusat q: aut est iniusta ⁊ illa non li
gat quo ad deuȝ.xi.q.iii.cui ē illata. dū
modo contemnatur.xxiii.q.iii.in fi.Aut
est iusta.⁊ tūc sibi imputet qui in culpā
incidit.ff.ꝙ me.cau.l.si mulier. ꝭm Gof
fre.ff. de reg.iu.ꝙ quis. hoc non audeo

asserere dicit Hosti. ibi. Item dubiũ põt esse utrum sit iusta uel iniusta ⁊ etiã si in iuste excomunicetur quis tamen quo ad ecclesiam tenet sententia ⁊ multa sequunt incommoda. ut patet in. c. bone. de etate ⁊ qli. de appel. c. pastoralis. in fi. Quid enim si episcopus pauperez sacerdotez q̃ non habet nisi unicũ beneficiũ in cañ nõ concesso nisi det. x. uult excõmunicare. ui detur ergo q̃ debeat aliquando ⁊ in ali quibus excusari. ar. xj. q. iii. sententia. de resti. spo. c. olim. lo tercio. sed hec a iudi ce diligenter inspicieda erunt ut arbitre tur fideliter in predictis si accidũt utruz debeat excusari considerando personas loca ⁊ tempora ⁊ qualitatem facti ⁊ cãm ff. ex qui. cau. maiores. l. iii. ff. q̃ me. cau. l. non est uerisimile. ff. de re. uen. l. in fũ do. q̃ metus cau. c. fi. de transact. c. fi. in fi. ⁊ dicit Bal. in. l. metum. ff. q̃ me. cau. q̃ metus debet esse atrox ⁊ qui cadit in constantem uirum. facit. C. de transact. l. interpositas. ff. de iniur. l. item apud la beonem. §. questõnem. Ly. in. l. i. C. de re scin. uen. in. c. abbas. q̃ me. cau. ⁊. c. dilec tus. facit quod no. Inno. in. c. cuz nobis de elect. Ex hoc apparet dicit ibi Bal. q̃n electio dicatur facta per impressionẽ lay corum. ⁊ uide quod no. Archy. vii. disti. fuerunt. ⁊ idem Archi. lxxiiii. dis. ubi iste ⁊ uide. ff. q̃ falso tut. au. l. nouissime. §. pe. ⁊. l. i. C. si quacunq̃ predi. po. Item idem Bal. in. l. non est uerisimile. §. si iu sto. ff. q̃ me. cau. dicit q̃ metus uinculo rum ẽ iustus metus. Item q̃ mine poten tum sunt metuende. Inno. in. c. dilectus. q̃ me. cau. dicit q̃ iustus metus ẽ mortis ⁊ cruciatus corporis. ut in. c. cum dilect᷒ q̃ me. cau. ⁊ in. l. interpositas. C. de trans act. ⁊. l. metum. C. q̃ me. cau. Item fame strupi ⁊ status. ff. q̃ me. cau. l. isti quidẽ Item q̃ metus uerberũ ⁊ si neget iustus metus iudicis arbitrio relinquetur. ff. q̃ me. cau. l. non est uerisimile. §. i. Et dicit idem Inno. in. c. cum nobis. de elect. alle ga. hec appellatio aliquando tenet appel lo ne fiat electio in certo loco uel certo tẽ pore si tunc tempore uel eo loco timetur impressio facienda. xxiii. dis. in nomine. ⁊. c. bone memorie maguntine. sed cõtra de hiis que fi. a maio. par. ca. c. cum i cũ ctis. ubi dicit Inno. q̃ non ualet appella tio que fit extra iudicium nisi probet ue ra esse causa ex qua appellatuz est. ergo ñ ualet appellatio que fit per timorem im pressionis nisi sequatur impressio. Solu tio iusta causa ẽ quare non debet fieri ele ctio iustus timor impressionis secuture ⁊ imminens ⁊ non uanus etiaz si nõ sequa tur impressio. dummodo uerisimile ⁊ p babile sit q̃ timoris effectus sequatur si ibi fiat electio ⁊ ideo sufficit pbare hãc

causam. s. iustum timorem. hec enim ẽ cã que facit iustam appellationem. ar. ff. q̃ me. cau. l. metuz. de appel. bone memorie Alii dicunt q̃ non ualet appellatio nisi se quatur impressio. Ange. uero in. l. inter positas. C. de transactio. dicit q̃ si infer tur metus alicuius futuri periculi cuius euasio quasi totaliter depẽdet a metu in ferentis sufficit exemplum in medico qui extorsit pecuniam asserẽdo infirmo egri tudinem esse grauem ⁊ periculosam nisi eam bene curat. ut. l. medicus. de uariis ⁊ extraordi. cogni. ff. et Bal. in dicta. l. iter positas. alle. dicit q̃ quandoq̃ infertur metus alicuius futuri euentus a natura ut medicus qui infirmitatem modicam facit magnaz ⁊ periculosam. ⁊ occasione huiusmodi pmissiones illicitas extorq̃t certe rescindetur officio iudicis. ut. l. me dicus. s. alle. Bar. dicit in. l. metum. ff. q̃ me. cau. q̃ iustus metus non accipit sim pliciter put uere est de presenti. sed q̃n res ad hoc uerisimiliter tendit. Inno. in c. prolatum. q̃ metus cau. dicit nota me tum mortis non tantum imminere ei q̃ñ gladii erant presentes sed toto tẽpe quo maritus uixit. quia potestatem necis ha bebat super eam. ⁊ intelligo hunc presen tem cũ possit semper occidi per截 maritũ quia ita potẽs erat q̃ non poterat habe re locum ad quez confugeret sine timore mortis. ff. q̃ me. cau. l. metum. in pñ. un de toto tempore uite eius non presumit ratificare sed eo mortuo si post remanet psumit habere ratũ. ⁊ si queras. s. q̃tũ tẽpus hoc est arbitrio iudicis relinquen dũ. ff. de uer. ob. l. continuus. §. cũ ita.

De metu uxoris.

DE metu uxoris dicit Bar. i. l. ad inuidiam. C. q̃ me. cau. q̃ ex so la dignitate non presumit uio lentia uel metus. ⁊ ideo si mulier uendit propter metuz mariti iusta ẽ causa rescin dendi contractum. ut. l. i. §. que oneran de. ff. quarũ re. act. non da. tñ iste metus non probatur eo quia ẽ maritus. ar. d. l. ad inuidiã. alle. sed est necesse q̃ proben tur mine uel uerbera. ut. l. si donationis. C. q̃ me. cau. ⁊ per Inno. in. c. cũ accedẽs de conuer. coniuga. ⁊ dicit Bar. in dicta l. si donationis. C. q̃ met᷒. cau. q̃ metus mortis dicitur ⁊ intelligit quando insta bat metus mortis quia forte tenebat gla diũ supra caput. Mine uero intelligunt quando mors non instabat. tũc ⁊ iste mi ne faciunt iustũ metũ ex qualitate perso ne. Ideo dicit Bar. in. l. metũ. C. q̃ metus cau. q̃ quando mine inferuntur debet in spici persona inferentis minas. Sũt eniz quidam potentes ⁊ ita mali q̃ illud qd

dicunt consueti sunt facere. ⁊ tūc causat
iustus metus ex minis ⁊ iactationib⁹. ut
l. si donatiōis. C. ꝙ me. cau. Si uero erat
quidaꝫ homo qui multa consueuerat di
cere ⁊ pauca facere tunc non esset iustus
metus. ut. l. metū. C. ꝙ me. cau. ex perso
nis ergo dicta pensemus. ut. l. i. C. si quis
imperatori maledix. nec enim mine eluso
rie debent attendi sed uerisimiles. Item
idem Bar. in. l. si ob turpem. ff. de condi
ti. ob tur. cau. dicit ꝙ ipse in questione
de facto dixit probabatur ꝙ uir ꝑcussit
optime uxorem que nolebat cōsentire cu
idam instrumento postea mulier consen
sit ex interuallo certe enim metu uidetur
fecisse donec enim durat in matrimonio
uiri iusta ē causa metus. facit ad hoc qđ
no. ff. quarū re. acti. non da. l. i. §. q̄ one
rande. ⁊. C. de transac. l. interpositas. et
per canonistas maxime per Inno. de con
uer. coniuga. c. accedens. ⁊ dicit Bar. ī. l.
i. §. que onerande. ff. quaꝝ re. act. nō da
tur. ꝙ licet actio ꝙ me. cau. requirat cru
ciatum uel metum corporis/ tamē ꝓpter
metum qui est ex nimia reuerentia/ quaꝫ
uxor habet in uirum/ ⁊ in clerico erga epi
scopum rescindit̄ promissio ut dicit glo
sa in dicto. §. que onerande. que glo. ꝺm
Bar. ibi dicit ueritatem ⁊ reuocat̄ ꝑ offi
cium iudicis. casus est singularis in. l. fi.
§. i. ⁊. §. cum fenerator. ff. ꝙ met⁹ cau. ⁊
no. C. eo. ti. l. metum. ⁊. C. de transact. l.
interpositas. ergo eo quia maritus uł eo
quia ep̄us erat presumitur illatus metus
ut dicta. l. interpositas. ⁊. l. ad inuidiam
s̄. alle. debet ergo ut. s̄. dictum est ꝓbari
que precesserunt mine uel uerbera. tunc
cū illa qualitate quia uir uel marit⁹ erat
efficitur iustus metus. ut no. in. l. metum
C. ꝙ me. cau. ⁊ per Inno. in dicto. c. acce
dens. alle. ⁊ ad rescindendum talē cōtra
ctum celebratum pretextu metus talis re
uerencialis non datur nisi ānus ꝺm Bar.
in. l. uirum. ff. si quis aliquem testari ꝓ
hibu. Ange. aūt in. l. i. §. que onerāde. ff.
quarū re. act. non da. dicit sic. si ꝑ patro
num incussus fuit timor liberto tunc om
ne promissum dicitur causa libertat] one
rande ⁊ semper subest eadē causa timor]
⁊ reuerentie. nec ē necesse/ ꝙ libertus pro
bet tempore promissionis aliqueꝫ metuꝫ
incussum. quia sufficit ipsum promisisse
sicut ⁊ cum uxor uerberata quia nolebat
uiro; contrahenti cōsentire eodem metu
etiam ex interuallo intelligitur cōsentire
licet super caput suū non habuit gladiū
neq̄ baculum. ut no. Inno. in. c. prolatuꝫ
ꝙ me. cau. Sin aūt uxor antecedenti tem
pore ad uirum non habebat nimiam r̄ue
rentiam neq̄ etiam sibi alius timor fuit
incussus. tunc neq̄ timore neq̄ uiri reue
rentia aut ui contractui consensisse uide

tur. ⁊ ideo timorem aut reuerentiā aliter
probari oportet ꝺm Innoc. in dicto. c. ꝓ
latum. ⁊ idem tenuit idem Ange. in. l. in
terpositas. C. de transactō. sed si ratione
preeminētie inferatur timor ut uxori per
uiruꝫ ⁊ liberto per patronum ad reuocā
dum actum nō requiritur terror de quo
in. l. interpositas alle. sed tandem purus
actus rescindit̄ officio iudicis. ut. l. i. §.
que onerande. alle. ⁊ dicit idem Ange. in
l. ad inuidiam. alle. C. ꝙ me. cau. ꝙ ex so
la dignitate contrahentis uiolentia nō ꝓ
batur. ⁊ ideo dixit ibi ipse si uxor alicui⁹
magni uiri dicit ad contrahendum se fu
isse coactum non creditur suo uerbo. nec
presumitur metus illatus ex hoc ꝙ sit uir
etiā si sit in dignitate positus nisi probē
tur minas ⁊ metuꝫ p̄cessisse/ ⁊ si semel me
tus fuit adhibitus semper postea mulier
presumitur metum fecisse donec stat ī eo
dem matrimonio. ut dixi in. l. ij. C. ꝙ me
tus cā. ⁊ no. per Inno. in. c. accedēs. ꝺ cō
uer. coniuga. in prima glo. ipsius Innoc.
Bal. in. l. interpositas. C. de trāsact. dicit
ꝙ aliquando infertur metus ratōe maio
ritatis ⁊ reuerentie absq̄ aliqua publica
potestate. ut est maioritas que habetur
a uiro in uxorem ⁊ a patrono in libertuꝫ
⁊ rescinditur hoc per officiuꝫ iudicis. ut
dicto. §. que onerande. que no. dicit Bal
dus. quia si uxor facit aliquid ꝓpter mi
nas mariti. tunc rescinditur ꝑ officiuꝫ iu
dicis. Et aduerte ad unū quod dicit Lu
douicus in suis dictis in littera. M. in di
cto quod incipit cū querit̄. ubi dicit ꝙ
qn̄ ꝯctus inuitus per mulierē debet r̄scin
di propter metum non inspicimus metū
qui cadat in constantem uirum sꝫ metū
qui cadat in constantem mulierē. glo. est
in. c. cum locū. de sponsa. ⁊ no. An. ꝺ bu.
eo. ti. c. cōsultationē. ¶ Ad tollendū aūt
presumptionem metus uxoris serua con
silium Bar. in. l. transactionem. C. de trās
act. ubi dicit ꝙ presentia amicoruꝫ facit
cessare presumptionē metus. ⁊ dicit Bar.
in. l. interpositas. C. de trāsact. ꝙ si uxor
propter metum uiri ⁊ reuerētiam aliq̄d
facit ꝙ reuocet̄ licet non interueniat me
tus mortis uł cruciatus corporis. ut igit̄
cesset ista p̄sumptō metus facias quādo
iste dn̄e faciūt istos cōtractus ꝙ adhibe
atur amicorum presentia. ar. l. transactio
nem. alle. Item ad tollendam presumpti
onem doli ⁊ metus qui allegaret̄ contra
te sis memor facere probationes ꝙ inter
